Elter

De gnomologiorum graecorum historia.

pt. 5

NATALICIA

REGIS AVGVSTISSIMI

G V I L E L M I II

IMPERATORIS GERMANICI

AB VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

D. XXVII M. IANVARII A. MDCCCLXXXXIV

IN AVLA MAGNA HORA XI PVBLICE CONCELEBRANDA

INDICVNT

VNIVERSITATIS

RECTOR ET SENATVS

Inest
de Gnomologiorum Graecorum historia atque origine
commentatio ab Antonio Elter scripta
part. V
(de Iustini monarchia et Aristobulo Iudaeo)

BONNAE

EX CAROLI GEORGI TYPOGRAPHEO ACADEMICO

40.

ad Iustini de monarchia capita priora iam redeundum est. quae quantum distent ab iis quae adhuc tractavimus quaeque inde a Stoicorum de deo quaestionibus per gnomologia ad scriptores Christianos pervenisse comperimus statim apparebit. tamen ea quoque cum illis ita cohaerent ut nisi gnomologiorum historiam bene perspexeris recte de iis iudicare nequeas. nam etsi poetarum excerpta sunt et gnomologii speciem prae se ferunt, exempla tam nova sunt et inaudita ut de eorum fide iure dubitaveris et dudum dubitatum sit. eadem enim sunt exempla quibus praecipue nituntur qui Graecos sua a barbaris furatos esse contendunt, Clemens alii, quorum auctor Aristobulus Iudaeus esse vulgo perhibetur. quae in Iustino legi eo magis mirum est quod in cap. 5 singulari eum fide excellere et gnomologio omnium antiquissimo ac locupletissimo uti vidimus (s. p. 123 sqq.). quid igitur factum est, ut novos versus fingerent et in disputationibus theologicis falsis testibus uterentur? quod ut cognoscamus, singula paullo accuratius examinemus oportet quam qui de Graecorum furtis litterariis fabulas narrare aut credere pergunt. atque cum in cap. 5 Iustinus antiqui fontis vestigia tam bene servaverit, spes est priorum quoque naturam atque originem ex ipso Iustino explicari posse.

ita igitur Iustinus rem quam sibi proponit describit: τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ κατ' ἀρχὴν συζυγίαν συνέσεως καὶ σωτηρίας λαβούσης εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας θρησκείας τε τῆς εἰς τὸν ἕνα καὶ πάντων δεσπότην, παρεισδῦσα εἰς εἰδωλοποιίας ἐξέτρεψε βασκανία τὸ ὑπερβάλλον τῆς τῶν ἀνθρώπων μεγαλειότητος, καὶ πολλῷ χρόνῳ μεῖναν τὸ περισσὸν ἔθος ὡς οἰκείαν καὶ ἀληθῆ τὴν πλάνην τοῖς πολλοῖς παραδίδωσι. φιλανθρώπου δὲ ἢ μᾶλλον φιλοθέου ἔργον ἐστὶν ὑπομνῆσαι τοὺς ἅπερ ὤφειλον εἰδέναι παραλελοιπότας . . . τοῦτο δὲ οὐ λόγῳ καλλωπίζων φράσω, ἀποδείξει δὲ τῇ ἐκ τῶν κατὰ τὸ παλαιὸν εἰς τὸ παντελὲς τῆς Ἑλληνικῆς ἱστορίας ποιήσει κεχρημένος, ἐκ τῶν πᾶσι κοινῇ δεδομένων γραμμάτων. ἐξ ὧν γὰρ οἱ πάνυ τὰς τῶν εἰδώλων θρησκείας νόμον τοῖς πολλοῖς παρέδοσαν, μαθόντες ἐξ αὐτῶν ἀγνῶτες νοῦ ἐλεγχθήσονται ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς ποιητῶν καὶ μελογράφων: vanae quae paullatim apud Graecos invaluerint de deo opiniones ex iis quae ipsorum poetae tradiderint confutandae dicuntur (de singulis eclogis quae iam secuntur prae ceteris cfd. Schürer Gefälschte Verse griechischer Dichter, Geschichte des Jüdischen Volkes 2, 809).

cap. 2. πρῶτος μὲν γὰρ Αἰσχύλος τὴν τῶν καθ' αὐτὸν λόγων σύνταξιν ἐκθεὶς καὶ τὴν περὶ θεοῦ τοῦ μόνου ἐξήνεγκε φωνήν, ὥς λέγει (fr. 464)

χώριζε θνητῶν τὸν θεὸν καὶ μὴ δόκει
ὅμοιον αὐτῷ σάρκινον καθεστάναι.
οὐκ οἶσθα δ' αὐτόν· ποτὲ μὲν ὡς πῦρ φαίνεται
ἄπλατος ὁρμῇ, ποτὲ δ' ὕδωρ, ποτὲ γνόφος,
καὶ θηρσὶν αὐτὸς γίνεται παρεμφερής,
ἀνέμῳ νεφέλῃ τε καὶ ἀστραπῇ βροντῇ βροχῇ.
ὑπηρετεῖ δ' αὐτῷ θάλασσα καὶ πέτραι
καὶ πᾶσα πηγὴ καὶ ὕδατος συστήματα.
τρέμει δ' ὄρη καὶ γαῖα καὶ πελώριος
βυθὸς θαλάσσης καὶ ὀρέων ὕψος μέγα,
ὅταν ἐπιβλέψῃ γοργὸν ὄμμα δεσπότου.
πάντα δύναται γάρ· δόξα δὲ ὑψίστου θεοῦ.

= Clem. Al. str. 5 c. 14 p. 727 (Euseb. pr. ev. 13 c. 13, 60) πάλιν αὖ Αἰσχύλος μὲν ὁ τραγῳδοποιὸς τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ παρατιθέμενος οὐκ ὀκνεῖ καὶ ὕψιστον αὐτὸν προσαγορεύειν διὰ τούτων· χώριζε κτλ. (v. 11 ἐπὰν, v. 12 πάντα δυνατὴ γὰρ δόξα ὑ. θεοῦ). ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι ἐκεῖνο παραφράζειν τό (cf. i.)· ἀπὸ προσώπου κυρίου τρέμει ἡ γῆ;

versus genuinos non esse sed ficticios nemo non intellegit, ac fraudem etiam Clementem invasisse videmus. iam quid falsarius in singulis verbis voluerit aut quid imitando expresserit ut nunc mittamus, quid auctor spectaverit cum talia Aeschyli nomine proferret quaeritur. atque qui de his rebus sententiam tulerunt a Clemente proficisci solent. at Clementem non solum libello de monarchia recentiorem esse cognovimus (cf. s. p. 129), sed locum quem Clemens confert inventori ansam dedisse quis putabit? multo enim uberior est ecloga et aliam sententiam sequitur, cuius sola verba τρέμει δ' ὄρη καὶ γαῖα Clementis in mentem revocarunt psalm. 113, 7 ἀπὸ προσώπου κυρίου ἐσαλεύθη ἡ γῆ, nam latius similitudo non patet. contra Iustinus originem optime declarat. Αἰσχύλος τὴν τῶν καθ' αὐτὸν λόγων σύνταξιν ἐκθεὶς multis scilicet versibus quos scriptor non affert at ubique collecti prostabant, semel tamen et ipse τὴν περὶ θεοῦ τοῦ μόνου ἐξήνεγκε φωνήν: nimirum tot Aeschyli et

aliorum poetarum de deo ferebantur sententiae quas suo modo inde ab antiquissimis temporibus Stoici interpretabantur, alii impugnabant, ut de vera sententia desperandum esset; quare ut tandem exemplum adesset firmum et indubitatum, versus finxerunt quibus quidquid de ceteris dictis iudicaveris poetae testes veritatis se praestarent et sui ipsorum correctores esse viderentur. quod si ita est, apparet ab initio nonnisi pauca eiusmodi exempla inventa esse — donec postea fortasse inveniendi libido grassata est. animadvertas autem ne eam quidem quam Iustinus voluit τὴν περὶ θεοῦ τοῦ μόνου φωνὴν accurate expressam esse sed hanc potius sententiam latere vanas esse quas homines sibi mente fingunt de deo opiniones, quam in aliis quoque partibus subesse reperiemus. ita vero pendet ab antiquis exemplis ut qui Graecos fraudis ac furti arguere voluerit talem de dei natura doctrinam nunquam opinor propositurus fuerit

οὐ μόνον δὲ οὗτος τὴν περὶ θεοῦ ἐμυήθη γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ Σοφοκλῆς τὴν τοῦ μόνου ποιητοῦ τῶν ὅλων καὶ ἑνὸς θεοῦ ἱστορεῖ τάξιν οὕτως (fr. 1025)

εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἔστιν θεός,
ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακρὰν
πόντου τε χαροπὸν οἶδμα καὶ ἀνέμων βίας.
θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι
ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὰς
θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων ἢ χαλκέων
ἢ χρυσοτεύκτων ἢ ἐλεφαντίνων τύπους,
θυσίας τε τούτοις καὶ καλὰς πανηγύρεις
τεύχοντες οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

= Clem. protr. p. 63 ὁ δὲ τοῦ Σοφίλλου Σοφοκλῆς· εἷς — νομίζομεν. οὑτοσὶ μὲν ἤδη καὶ παρακεκινδυνευμένως ἐπὶ τῆς σκηνῆς τὴν ἀλήθειαν τοῖς θεαταῖς παρεισήγαγεν. Clem. str. 5 c. 14 p. 717 (Euseb. pr. ev. 13 c. 13, 40 Theodoret Gr. aff. cur. 7 p. 109) ὁ μὲν Σοφοκλῆς, ὥς φησιν Ἑκαταῖος ὁ τὰς ἱστορίας συνταξάμενος ἐν τῷ κατ' Ἄβραμον καὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἄντικρυς ἐπὶ τῆς σκηνής ἐκβοᾷ· εἷς κτλ. Iustin. coh. 18 εἰ δὲ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς περὶ ἑνὸς θεοῦ μαρτυρίας ἡμᾶς προσθεῖναι δέοι, ἀκούσατε καὶ Σοφοκλέους οὕτω λέγοντος· εἷς κτλ. porro Cyrill. c. Iul. 1 p. 32 A Cedren. 1 p. 82 Malala p. 40 cf. Iustin. expos. 2; v. 1-2 Athenag. suppl. 5 s. p. 130. — v. 2 ἔτευξε plurimi, v. 5 παραψυχὴν plurimi, v. 6 λίθων τε καὶ ξύλων Iust. coh. Cedr. Mal., v. 8 καλὰς Iust. Theod. Cedr. κακὰς Clem. str. Eus. κενὰς Clem. pr. Cyr. Mal., v. 9 τεύχοντες Iust. Cyr. Cedr. Mal. στέφοντες Clem. str. Eus. Theod. νέμοντες Clem. pr., ut leviora praeteream.

quod in Aeschylo nondum perfectum erat in Sophocle ad finem perductum est, poeta Graecus qui unum deum testaretur evocatus est; qui quod sollemni forma in protreptico inducitur ὁ τοῦ Σοφίλλου Σοφοκλῆς (cf. etiam Iust. coh.), iterum probare videtur non multos fuisse eiusmodi locos sed singula singulorum poetarum exempla. inventum autem hoc quoque exemplum est non ad similitudinem aliquam cum sacrae scripturae loco demonstrandam, sed tota ecloga ad

doctrinam Christianam conformata est. testimonium producitur ut novum et omnium gravissimum, tamen neque hoc neque reliqua tamquam ex incognita aliqua fabula in lucem proferuntur; contra apud Clementem (strom.) ex Hecataei libro quodam ecloga petita esse dicitur. quae res indicio est versus confectos esse cum ipsos poetas nemo iam evolvere aut legere soleret, sed poetarum eclogae velut argumenta in se perfecta in his disputationibus passim adhiberentur. de ipso auctore, nam non uni Hecataeo talia tribuuntur, infra videbimus. interim quod inter testes Athenagoras quoque nunc comparet, de falsarii aetate ne fallaris. nam verba (quae s. p. 130 parcius attuli) τοῦτον κατελαμβάνετο εἶναι θεόν (Euripides) — συνᾴδοντος τούτῳ καὶ Σοφοκλέους· εἷς ταῖς ἀληθείαισιν κτλ. — πρὸς τὴν τοῦ οὐρανοῦ φύσιν τοῦ κάλλους τοῦ ἐκείνου πληρουμένην ἑκάτερα, καὶ ποῦ δεῖ εἶναι τὸν θεὸν καὶ ὅτι ἕνα δεῖ εἶναι, διδάσκων (scil. Eur. fr. 941) aperte docent Sophoclis versus postea intrusos esse et ex ipso Clemente str. 5 p. 717 ad Eur. fr. 941 adiunctos, quod post Bellium (ap. Nauck.) Schwartzius significare debebat

ἀλλὰ καὶ Φιλήμων τὰ ἀρχαῖα εὐπορήσας φράσαι κοινωνεῖ τῇ περὶ τῶν ὄντων γνώσει, ὡς γράφει (fr. 247 p. 539)

θεὸν δὲ ποῖον, εἰπέ μοι, νομιστέον;
τὸν πάνθ' ὁρῶντα, καὐτὸν οὐχ ὁρώμενον.

= Clem. protr. p. 59 Εὐριπίδης λέγει (fr. 1129; νοητέον). post Aeschylum et Sophoclem exspectaveris sane afferri sententiam Euripidis, et inde Euripidis nomen apud Clementem ortum esse proclivis esset suspicio nisi hoc loco Clemens a Iustini fonte paullo longius abesset ut postea videbimus. sed neque tertium est exemplum περὶ τοῦ μόνου θεοῦ neque inventum testimonium, verum ex multis quae aderant quibusque in his disputationibus in diversas partes utebantur selectum quo quam clarissime demonstraretur Philemonem quoque quidquid minus recte de deo edocuisset tamen et ipsum dei naturam perspexisse, nam verba meo quidem iudicio nulli dubitationi obnoxia sunt. sententia autem optime quadrat cum Aeschylo aliisque quae infra secuntur eclogis, ut haud temere conicias ad similis capitis gnomologii (quod erat περὶ θεοῦ ὅτι ἀόρατος καὶ ἀκατάληπτος potius quam περὶ θεοῦ τοῦ μόνου) exempla falsarium nova expressisse. atque quod Philemonem auctor elegit consulto fecit: Aeschyli Sophoclis Philemonis exempla sequitur exquisitiora quam nomina in gnomologicis decantata Euripidis et Menandri

μαρτυρήσει δέ μοι καὶ Ὀρφεὺς ὁ παρεισάγων τοὺς τριακοσίους ἑξήκοντα θεοὺς ἐν τῷ Διαθῆκαι ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ, ὁπότε μετανοῶν ἐπὶ τούτῳ φαίνεται ἐξ ὧν γράφει

Μουσαῖε, ἐξερέω γὰρ ἀληθέα κτλ.

καὶ ταῦτα οὕτως φράζει ὡς αὐτόπτης γεγονὼς τοῦ

μεγέθους θεοῦ.

est carmen Orphicum notissimum et in quaestionibus de falsis Graecorum carminibus celeberrimum, quod propter virorum doctorum socordiam denuo tractandum et cum taedio perscribendum est. testium autem varia sunt genera:

A: (cf. Lobeck Aglaoph. 1 p. 439, Abel fr. 4)

1. Iustinus de mon. 2 de quo agimus, 19 versus habet (i. v. 3-21). de codice F qui om. v. 5-7 et 11-12, add. 15^1 infra dicetur

1ª. Theophilus ad Autol. 3, 2 (s. p. 146) τί γὰρ ὠφέλησαν Ὀρφέα οἱ τριακόσιοι ἑξήκοντα πέντε θεοί (cf. Lactant. inst. 1, 7), οὓς αὐτὸς ἐπὶ τέλει τοῦ βίου ἀθετεῖ ἐν ταῖς Διαθήκαις αὐτοῦ λέγων ἕνα εἶναι θεόν; cum carmen licet ipsum non apponat iisdem fere verbis describat eandem cum Iustino recensionem ante oculos habuisse censendus est

2. Iustinus q. f. coh. 15 Ὀρφεὺς γοῦν ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν ὡς ἂν εἴποι τις πρῶτος διδάσκαλος γεγονώς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον.. ὕστερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ κηρύττει λέγων (cf. coh. 36 τῷ γοῦν πρότερον ὑμᾶς τὴν πολυθεότητα διδάξαντι, ὕστερον δὲ λυσιτελῆ καὶ ἀναγκαίαν παλινῳδίαν ᾆσαι προελομένῳ πείσθητε Ὀρφεῖ ταῦτ' εἰρηκότι κτλ.) ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. ἔφη δὲ οὕτως· φθέγξομαι κτλ. cum Iust. mon. plane congruit nisi quod exordium addit ab illo omissum (i. v. 1-21)

3. Cyrillus c. Iul. 1 p. 26 Aub. Ὀρφέα μὲν οὖν τὸν Οἰάγρου δεισιδαιμονέστατόν φασι γενέσθαι τῶν ἄλλων ... ᾠδὰς δὲ καὶ ὕμνους τοῖς ψευδωνύμοις ἐξυφῆναι θεοῖς καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἐπὶ τούτῳ τὴν δόξαν ἑλεῖν, εἶτα τῶν ἑαυτοῦ δογμάτων κατεγνωκότα.. μεταφοιτῆσαι πρὸς τὰ βελτίω καὶ τοῦ ψεύδους ἀνθελέσθαι τὴν ἀλήθειαν φάναι τε οὕτω περὶ θεοῦ· φθέγξομαι ... ὁρᾶται (v. 1-10) καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν· αὐτὸς γὰρ ... θαλάσσης (v. 17-21) ... ὡς γάρ φησιν ἡ θεόπνευστος Γραφή (3 Esdr. 4, 36)· πᾶσα ἡ γῆ τὴν ἀλήθειαν καλεῖ καὶ οὐρανὸς αὐτὴν εὐλογεῖ καὶ πάντα τὰ ἔργα σείεται καὶ τρέμει. τὰ μὲν οὖν Ὀρφέως ἐν τούτοις. excerpta igitur sunt ex recensione Iustini; atque usus esse videtur ipsa cohortatione (coll. p. 32 Soph. fr. 1025 s. p. 151 = coh. 18) quacum facit etiam in singulis cf. v. 1-2. 8. 17

B: (cf. Lobeck p. 443, Abel fr. 5)

4. Clemens Alex. protr. p. 63 (post Sophoclis eclogam quam modo tractavimus s. p. 151) ὁ δὲ Θρᾴκιος ἱεροφάντης καὶ ποιητὴς ἅμα, ὁ τοῦ Οἰάγρου Ὀρφεὺς μετὰ τὴν τῶν ὀργίων ἱεροφαντίαν καὶ τῶν εἰδώλων τὴν θεολογίαν παλινῳδίαν ἀληθείας εἰσάγει τὸν ἱερὸν ὄντως ὀψέ ποτε, ὅμως δ' οὖν ᾄδων λόγον· φθέγξομαι ... ἀθάνατον (v. 1-7. 7^1 in.), εἶτα ὑποβὰς διαρρήδην ἐπιφέρει· εἷς ἔστ' ... ὁρᾶται (v. 8-10). οὕτως μὲν δὴ Ὀρφεύς

5. idem strom. 5 c. 12 p. 692 (postquam Platonem cum Mose consentire dixit ὡς ὁ θεός ἀόρατός ἐστι καὶ ἄρρητος) Ὀρφεύς τε αὖ ὁ θεολόγος ἐντεῦθεν ὠφελημένος εἰπών· εἷς ἔστ' αὐτοτελής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται (ἢ πέφυκεν, γράφεται γὰρ καὶ οὕτως v. 8), ἐπιφέρει· οὐδέ τις αὐτὸν ... ὁρᾶται (v. 9 ex.-10). σαφέστερον δὲ ἐπιλέγει· αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω ... ἐμπεφύασιν (v. 14-15. 15^1), versus excerpsit qui eandem sententiam probarent

6. idem strom. 5 c. 14 p. 723 (Euseb. praep. ev. 13 c. 13, 50) ὁ δὲ αὐτὸς Ὀρφεὺς (cf. i. ad Clem.) καὶ ταῦτα λέγει· εἷς δὲ λόγον ... ἀθάνατον (v. 5-7. 7^1 in.). αὖθίς τε περὶ τοῦ θεοῦ ἀόρατον αὐτὸν λέγων (cf. p. 692) μόνῳ γνωσθῆναι ἑνί τινί φησι τὸ γένος Χαλδαίῳ εἴτε τὸν Ἀβραὰμ λέγων τοῦτον εἴτε καὶ τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ διὰ τούτων· εἰ μὴ ... χεῦμα (v. 16^3-^{7}). εἶτα οἷον παραφράζων τό (Iesai. 66, 1)· ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου, ἐπιφέρει· αὐτὸς δ' αὖ ... κραίνει καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις (v. 17-20. 21^{1}-^{3} et ^{6}-^{7} sqq.).

διὰ γὰρ τούτων δεδήλωκεν πάντα ἐκεῖνα τὰ προφητικά (Iesai. 64, 1. 2)· ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανόν, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη καὶ τακήσεται κτλ.

7. idem paullo post (post Deuteron. 32, 39) p. 725 (Euseb. l. l.) αὐτὸς δ' ἐξ ... δακρυόεντα, κατὰ τὸν Ὀρφέα (v. 11 -12). deinde πάλιν ἡμῖν ᾀσάτω ὁ Θρᾴκιος Ὀρφεύς· χεῖρα δὲ ... πάντοθεν ἐκτέκακεν (v. 19-20 in.), γαίη δ' ἔπι ποσσὶ βέβηκε (v. 18 ex.). ταῦτα ἐμφανῶς ἐκεῖθεν εἴληπται (Iesai. 10, 14)· ὁ κύριος σώσει πόλεις κατοικουμένας καὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψεται τῇ χειρὶ ὡς νεοσσιὰν κτλ. et p. 728 (Euseb. l. l.) οὐδέ τις ἔσθ' ἕ. χ. μεγάλου βασιλῆος, Ὀρφεὺς λέγει (v. 13). ᾧ πειθόμενος ὁ κωμικὸς Δίφιλος κτλ.

ex his quae apud Clementem sparsa leguntur (si v. 7^1 et 16^2 suppleveris) facile integrum carmen concinnaveris (cf. Abel fr. 5), sed falso ea coniungi solere infra apparebit

C: (cf. Lobeck p. 441, Abel fr. 6)

8. Aristobulus Eusebii praep. ev. 13 c. 12, 5 ἔτι δὲ καὶ Ὀρφεὺς ἐν ποιήμασι τῶν κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον αὐτῷ λεγομένων οὕτως ἐκτίθεται περὶ τοῦ διακρατεῖσθαι θείᾳ δυνάμει τὰ πάντα καὶ γενητὰ ὑπάρχειν καὶ ἐπὶ πάντων εἶναι τὸν θεόν. λέγει δὲ οὕτως· φθέγξομαι κτλ. carmen multis versibus auctum, aliis vario modo deformatis exhibet: v. 1-14. 17-20 cum add. v. 1^1. 7^1. 11^1. 13^{1-3}. 16^{1-8}. 21^{1-9}, ut 41 versus compleverit

9. theosophia Alexandrina (scripta saec. v exeunte) quam ex codice Tubingensi ed. Buresch Klaros p. 112 ὅτι Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρου τοῦ Θρᾳκὸς πρότερον μὲν ὕμνους τινὰς εἰς τοὺς ἐξαγίστους θεοὺς ἐξυφάνας (cf. Cyr.).. εἶτα μετέθηκεν ἑαυτὸν ἐπὶ τὸ μόνον καλὸν καὶ τὸν ὄντως ὑμνῶν θεὸν καὶ τὴν τῶν πάλαι Χαλδαίων σοφίαν δηλαδὴ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ ἐπαινῶν (cf. v. 16^4).. ἔστι δὲ τὰ ἔπη ταῦτα· φθέγξομαι κτλ. sequitur recensionem Aristobuli, ita tamen ut versus ab illo omissos 15-16. 21 receperit additis insuper v. 10^1. 15^1, ut 46 versus facti sint. in singulis Aristobulo est corruptior, in multis autem emendatior

D: his accedit

10. Theodoretus Gr. affect. cur. 2 p. 25 Sylb. ὁ δὲ Ὀδρύσης Ὀρφεὺς καὶ αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος τὰ περὶ τοῦ ὄντος οὕτω πως μεμάθηκε καὶ βοᾷ· εἷς ἔστ' ... ὁρᾶται (v. 8 -10). αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω ... ἐμπεφύασιν (v. 14. 15. 15^1). καὶ πάλιν· αὐτὸς δ' αὖ ... τελευτήν (v. 17-20. 21^{1-3}). in delectu igitur secutus est Clementem strom. p. 692 et p. 723 (inde καὶ πάλιν tamquam diversa essent carmina): sed cum v. 9 a Clemente mancus afferretur, initium (v. 8-9) supplevit non ex protreptico quo usus non est, sed ex Eusebio ut lectione demonstratur (rem non satis perspexit Roos de Theodoreto Clementis et Eusebii compilatore, dissert. phil. Halens. 6, 1886, 41) cf. v. 21^3

11. initium (v. 1) antiquissimum multi respexerunt inde a Plat. symp. p. 218 B (cf. e. g. Tatian. c. 8 Porphyr. ap. Euseb. pr. ev. 3, 7. 13 Theodoret. 1 p. 15. 19 al.); cf. etiam versum 'Pythagoricum'

ἀείσω συνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι

ap. Stob. fl. 41, 9 ex fl. 5, 72 coll. Plut. qu. symp. 2, 3 p. 636 D (ἀείσω συνετοῖσι τὸν Ὀρφικὸν καὶ ἱερὸν λόγον cf. Iambl. vi. Pyth. 28 p. 146) cf. Lobeck Aglaoph. 1, 450

12. denique v. 12 recurrit fragm. Sibyll. 3, 20 (ap. Theoph. ad Aut. 2, 36 Rzach p. 236) et orac. Sibyll. 3, 603 (cf. Aristob. theos.)

καὶ πόλεμον καὶ λοιμὸν ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.

has recensiones coniunctim infra ita exhibui ut varias lectiones cum additamentis non in notis constiparem sed minoribus quidem litteris singulis Iustini (mon. coh. Cyr.) versibus subicerem eo consilio ut quid rei esset uno obtutu perspici posset.

1 [φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ᾽ ἐπίθεσθε βέβηλοι
1^{1} φεύγοντες δικαίων θεσμοὺς θεῖόν τε νόημα (add. theos.)
2 πάντες ὁμῶς. σὺ δ᾽ ἄκουε, φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης]
(πᾶσιν ὁμῶς coh. codd. dett. DG; φεύγ. δ. θ. θείοιο τεθέντος πᾶσι νόμου Ar.; ἔγγονε Ar. theos.); v. 1-2 om. mon. codd.)
3 Μουσαῖε· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα, μηδέ σε τὰ πρὶν
(ἐξενέπω Ar.)
4 ἐν στήθεσσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ.
5 εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τούτῳ προσέδρευε
6 ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος· εὖ τ᾽ ἐπίβαινε
7 ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ᾽ ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα
(6 εὖ δ᾽ exc. mon. coh. rell.; 7 κ. τυπωτὴν Ar. theos.)
7^{1} ἀθάνατον. (Clem.)
ἀθάνατον· παλαιὸς δὲ λόγος περὶ τοῦδε φαείνει· (Ar. theos.)
8 εἷς ἔστ᾽, αὐτογενής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται,
(εἷς δ᾽ coh. codd. DG Cyr.; αὐτοτελής Clem. str. 692 Ar. Theod.; τέτυκται ἢ πέφυκεν 692; αὐτοῦ δ᾽ ὕπο πάντα τελεῖται Ar. Theod.)
9 ἐν δ᾽ αὐτοῖς αὐτὸς περιγίνεται οὐδέ τις αὐτὸν
(περινίσσεται Clem. pr. Ar. Theod. theos.)
10 εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.
(εἰσοράᾳ ψυχῶν θνητῶν, νῷ δ᾽ εἰσοράαται Ar.)
10^{1} [αὐτὸν δ᾽ οὐχ ὁρόωσι, περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται. add. theos. cf. v. 14]
11 οὗτος δ᾽ ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι
(αὐτὸς δ᾽ ἐξ ἀ. κ. θ. φυτεύει Clem. 725)
12 καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.
11 (οὗτος δ᾽ ἐξ ἀγαθῶν θνητοῖς κακὸν οὐκ ἐπιτέλλει
11^{1} ἀνθρώποις, αὐτοῖς δὲ κ᾽ ἔρις καὶ μῖσος ὀπηδεῖ
12 καὶ πόλεμον καὶ λοιμὸν ἰδ᾽ ἄλγεα δακρυόεντα (Ar. theos. [αὐτὸς δ᾽ ἐξ et αὐτῷ δὲ χάρις Ar.; πόλεμος καὶ λοιμὸς theos.] cf. Sibyll.)
13 οὐδέ τις ἔσθ᾽ ἕτερος χωρὶς μεγάλοιο ἄνακτος.
(μεγάλου βασιλῆος Clem. 728 coh. codd. exc. C βασιλῆος μεγάλοιο mon. cod. F)
13 οὐδεὶς ἔσθ᾽ ἕτερος, τῷ κεν ῥέα πάντ᾽ ἐσορῆται· (theos.)
(οὐδέ τις ἔσθ᾽ ἕτερος. σὺ δέ κεν ῥέα πάντ᾽ ἐσόρησο, Ar.)
13^{1} οὔ (αἴ Ar.) κεν ἴδῃς αὐτόν, πρὶν δή ποτε δεῦρ᾽ ἐπὶ γαῖαν,
13^{2} τέκνον ἐμόν, δείξω σοι, ὁπηνίκα δέρκομαι αὐτοῦ
13^{3} ἴχνια καὶ χεῖρα στιβαρὴν κρατεροῖο θεοῖο. (Ar. theos.)
(κραταιοῖο Ar).
14 αὐτὸν δ᾽ οὐχ ὁρόω, περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται.
15 πᾶσι γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις
15^{1} μικραί, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύασιν, (add. Clem. 692 Theod. theos. mon. cod. F)
16 ἀσθενέες δ᾽ ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.
(τ᾽ theos.; Δία τὸν coh. DG τὸν διὰ π. coh. ACF mon. C τὸν ἀεὶ π. F, τὸν δὴ πάντα theos.)

16^{1} λοιπὸν ἐμοὶ καὶ πᾶσι δεκάπτυχον ἀνθρώποισιν. (theos.)
(v. 15. 15^{1}. 16 om. et 16^{1} λοιπὸν ἐμοί, στᾶσιν [πᾶσιν Hermann] δὲ δεκάπτυχον ἀνθρώποισιν Ar.)
16^{2} οὐ γάρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα
16^{3} εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν
16^{4} Χαλδαίων· ἴδρις γὰρ ἔην ἄστρων τε πορείης
16^{5} καὶ σφαίρης, ἥτ᾽ ἀμφὶς ὀχῆος ἀεὶ περιτέλλει
16^{6} κυκλοτερὴς ἴση τε κατὰ σφέτερον κνώδακα, (theos.)
(ἄστροιο πορείης | καὶ σφαίρης κίνημ᾽ ἀμφὶ χθόνα ὡς περιτέλλει | κυκλοτερὲς ἐν ἴσῳ τε κατὰ [κ. γ᾽ ἐν ἴσῳ, κατὰ δὲ Ar.] σφέτ. κνώδ. Clem. 723 Ar.)
16^{7} πνεύματα δ᾽ ἡνιοχεῖ περί τ᾽ ἠέρα καὶ περὶ χεῦμα,
(πνεύματι Clem. theos.)
16^{8} ἐκφαίνει δὲ πυρὸς σέλατα διαφεγγέα πάντῃ (theos.)
(νάματος, ἐκφαίνει δὲ πυρὸς σέλας τάδε ἰφιγενήτου Ar.)
17 οὗτος γὰρ χάλκειον ἐπ᾽ οὐρανὸν ἐστήρικται
(αὐτὸς δὴ [δ᾽ αὖ Clem. Theod.] μέγαν αὖθις ἐπ᾽ οὐ. ἐ. Clem. Theod. Ar. theos.; ἐς coh. codd. exc. C Cyr.)
18 χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, γαίης δ᾽ ἔπι ποσσὶ βέβηκε
(γαίης δ᾽ ἔπι mon. coh. γαίῃ δ᾽ ἔπι Cyr. Clem. 725 γαίῃ δ᾽ ὑπὸ Clem. 723 Theod. Ar. theos.)
19 χεῖρά τε δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο
(δὲ rell. exc. mon. coh. Cyr.; ἐπὶ τέρματος mon. coh. Clem. 725 ἐπὶ τέρματα Cyr. ἐπὶ τέρμασιν Ar. theos. περὶ τέρμασιν Clem. 723 Theod.)
20 πάντοθεν ἐκτέτακεν· περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρὰ
21 καὶ ποταμοὶ πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης
20 (πάντοθεν ἐκτέτακεν Clem. 725 cf. s. p. 154)
20 (πάντοθεν ἐκτέτακεν, ὀρέων δὲ τρέμει βάσις αὐτὸν
21 ἐν θυμῷ πολιῆς τε β. χ. θ. theos.)
20 (ἐκτέτακεν, ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμῷ [om. v. 21] Clem. 723 Theod. Ar.)
21^{1} οὐδὲ φέρειν δύναται κρατερὸν μένος. ἔστι δὲ πάντῃ
(πάντως vel πάντων Ar.)
21^{2} αὐτὸς ἐπουράνιος καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ
21^{3} ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσην ἠδὲ τελευτήν,
(ᾗ δ᾽ αὖ μέσον, ᾗ δὲ τελ. theos.; τελείων Clem. Eus. τελευτήν Ar. Theod. theos.)
21^{4} ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑλογενὴς διέταξεν
21^{5} ἐκ θεόθεν γνώμην τε λαβὼν καὶ δίπλακα θεσμόν.
(γνώμῃσι λαβὼν κατὰ δ. θ. Ar.)
21^{6} ἄλλως οὐ θεμιτὸν δὲ λέγειν, τρομέω δέ τε γυῖα·
(σε λ. Clem.; δέ γε Ar.)
21^{7} ἐν νόῳ, ἐξ ὑπάτου κραίνει περὶ πάντ᾽ ἐνὶ τάξει.
(ἀλλ᾽ — ὡς .. τρομέω δὲ τελίην — | ἐκ νόου ἐξ ὑπάτου theos.)
21^{8} ὦ τέκνον, σὺ δὲ σοῖσι νόοις πέλας ἴσθι ἐς αὐτὸν
21^{9} μηδ᾽ ἀπόδος μάλ᾽ ἐπικρατέων στέρνοις θεοφήμην. (theos.)
(ὦ τέκνον, σὺ δὲ τοῖσι νόοισι πελάζευ μηδ᾽ ἀπόγε [μηδ᾽ ἄπογος theos. cod.] εὖ μάλ᾽ ἐπικρατέων, στέρνοισι δὲ ἔνθεο φήμην Ar.)

his feliciter compositis de origine carminis quid statuendum sit videamus. novicium id esse neminem fugit atque ultro se offert falsarii nomen celeberrimum Aristobuli Iudaei. at aliquantum interesse inter Iustinum et Aristobulum quis non intellegit? immo si quis accuratius eos inter se contulerit concedet opinor non Aristobulum qui ut falsariorum clarissimus in omnium ore versatur haec primum condidisse, sed antiquissimam formam servatam esse a Iustino, Aristobulum versus ampliavisse et interpolando deformavisse, et si omnia recte perpendimus Aristobulum omnium fere testium esse recentissimum, carmen antiquius falsariorum qui post Iustinum fuerunt opera paullatim succrevisse. nam a Iustino ad Aristobulum ita res procedit ut falsariorum commenta tamquam pullulare videas. qua de re ut omnem dubitationem evellamus, singula cum cura examinanda sunt.

atque de Iustini cohortatione et de Cyrillo res tam perspicua est ut explicatione non egeat; cum 'monarchiae' recensione ita congruunt ut ad ipsum hunc libellum redire putandi sint. quod si verum est, versus 1-2 qui in codicibus 'monarchiae' sine ulla causa nunc desunt excidisse iudicabimus. de Theodoreto supra iam satis dictum est. Clemens autem in protreptico qui ab apologetis et a Iustini mon. proxime abest (cf. s. p. 129), iterum cum Iustino ita consentit ut eius classi potius adnumerandus sit, cf. v. 2 ἔκγονε pro ἔγγονε, v. 7 ἄνακτα pro τυπωτήν, v. 8 αὐτογενής pro αὐτοτελής in quo dissentit a strom. p. 692, v. 1^1 nondum accessit, sed v. 7^1 ἀθάνατον et v. 9 περινίσσεται iam a Iustino paullulum recedunt, longe tamen distant ab Aristobuli novis lectionibus v. 8-10. ut in protreptico parcior est in afferendis testimoniis (cf. s. l. l.), ita ultra v. 10 progressus non est. plura sunt in stromate quinto. atque primum quidem in capite 14 (quod peculiari vinculo cum protreptico cohaerere infra videbimus) p. 725/8 in v. 11-12 iterum facit cum Iustino quos Aristobulus foeda interpolatione in contrarium vertit; item in v. 13, unde Aristobulus prorsus nova produxit, Iustinum sequitur, porro v. 19 ἐπὶ τέρματος cum Iustino legit (sed p. 723 περὶ τέρμασιν, ἐπὶ τέρμασιν Aristob.) et v. 18 ἔπι cum eodem (p. 723 cum Aristob. ὑπὸ). ergo ab his quoque Aristobuli nomen procul habendum. excerpta sunt quae a Clemente cum singulis locis biblicis comparantur: de origine quidquid statuendum erit, hoc tamen certum est Clementis illa excerpta redire ad carmen integrum quale in Iustino legimus; itaque quisquis versus pepigit, quo consilio confecerit non ex Clemente (aut Aristobulo), sed ex ipso Iustino investigare oportebit.

alia excerpta de deo incomprehensibili inseruit c. 12 p. 692. e quibus v. 8-10 (etsi v. 8 αὐτοτελής legit quod in protr. et Iust. fuit αὐτογενής) certe ab Aristobulo iterum maxime differunt et cum Iustino concordant, contra post v. 15 (ubi Aristobulus deficit) cum theosophia addit v. 15^1 qui sine dubio novicius est. quid igitur? non uno tempore carmen quod Iustini q. d. aevo ferebatur in eam formam redactum est quae Aristobuli esse dicitur sed gradatim immutatum atque auctum est paene sub oculis Clementis dum a protreptico ad stromatum l. v perveniret. sed leviora sunt et quae facile accrescunt ut in protr. v. 7^1 ἀθάνατον. item Clemens in singulis verbis multa habet propria quibus quomodo in his rebus variare sint soliti cognoscimus. cf. v. 8 τέτυκται ἢ πέφυκεν, γράφεται γὰρ καὶ οὕτως (eadem est lectionis varietas in versu Orphico Ζεὺς ἀρχή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται cf. Lobeck Aglaoph. 1, 530), p. 725 v. 11 φυτεύει pro δίδωσι, p. 728 v. 13 χωρὶς μεγάλου βασιλῆος (item Iust. coh. codd. AF) pro χ. μεγάλοιο ἄνακτος, quorum eadem est ratio atque v. 8 αὐτοτελής pro αὐτογενής et in protr. v. 9 περινίσσεται pro περιγίνεται quae recepit Aristobulus, cum in ceteris a Clemente ita discedat ut consulto eum ac temere et verba et sententiam antiquam mutare videamus. — itaque eo iam deducta res est ut cum cohortatione et Cyrillo etiam Clementis protrepticum et stromatum excerpta p. 725. 728 monarchiae classi adscribenda, eclogam str. p. 692 certe monarchiae quam Aristobulo propiorem esse cognoverimus; restant Clem. strom. p. 723 et quos artius inter se cohaerere patet Aristobulus ac theosophus.

atque p. 723 excerpta sunt tripertita, iusto ordine descripta ex carmine uberiore. quorum aliam esse condicionem v. 18 -20 declaratur quos paullo post (p. 725) longe aliter (v. 19. 20 in. cum 18 ex.) et lectione Iustiniana proferri vidimus. in his aperta iam insunt emblemata v. 16^3-^{7} et 21^1 sqq. in quibus Clemens cum Aristobulo non minus consentit quam in v. 17-20 cum eo facit contra Iustinum et se ipsum p. 725. ea igitur primum inspiciamus. atque quam bene oratio procedat in Iustino:

14 αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω, περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται.
15 πᾶσι γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις,
16 ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.
17 οὗτος γὰρ χάλκειον ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται
18 χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ κτλ.

apparet; quibus prorsus aliena intruduntur apud Clementem et Aristobulum v. 16^1 sqq. (nisi quod Clementis ecloga incipit a v. 16^2 quem suis verbis reddit):

16^1 λοιπὸν ἐμοὶ καὶ πᾶσι δεκάπτυχον ἀνθρώποισιν.
16^2 οὐ γάρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα
16^3 εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν
16^4 Χαλδαίων· ἴδρις γὰρ ἔην κτλ.

horum initium abruptum est et in fine nexum interpolator refinxit ut potuit:

17 αὐτὸς δὴ (δ' αὖ Clem.) μέγαν αὖθις ἐπ' οὐρανὸν κτλ.

quem Chaldaeorum interpolator dixerit ipse Clemens ambigit: εἴτε τὸν 'Αβραὰμ λέγων τοῦτον εἴτε καὶ τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ, sagacius explicat scholiasta theosophiae ad v. 16^1 sqq.

ἀντὶ τοῦ· καὶ ἐμοὶ καὶ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἡ Μωσαϊκὴ δεκάλογος διδάσκαλος ἔσται. ὁ γὰρ τὴν δεκάπτυχον γράψας Μωσῆς τῶν Χαλδαίων ἔμπειρος ἦν καὶ τῆς ἀστρονομίας (legit igitur Χαλδαίων ἴδρις γὰρ ἔην ἄστρων τε πορείης), cf. i. schol. ad v. 7[1] et 21[4]. attamen si δεκάπτυχον decalogus est, rerum caelestium scientia ad decalogum non spectat etsi Mosen omnium cognitionum fontem praedicari solitum esse constat. cur de Abrahamo Clemens cogitaverit facilius intellegimus, nam Chaldaeorum mentio ad quem referatur praeter Abrahamum vix reperias, qui aeque ac Moses homo omnium rerum peritissimus habebatur; cum Eupolemus in libro de Iudaeis (Euseb. pr. ev. 9, 17) καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ Χαλδαϊκὴν εὑρεῖν ἐπί τε τὴν εὐσέβειαν ὁρμήσαντα εὐαρεστῆσαι τῷ θεῷ . . . καὶ τροπὰς ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τὰ ἄλλα πάντα διδάξαντα τοὺς Φοίνικας εὐαρεστῆσαι τῷ βασιλεῖ αὐτῶν narraverat, Artapanus (Euseb. 9, 18) Aegyptiorum regem eum astrologiam docuisse tradiderat, Hecataeus autem Abderita βιβλίον περὶ αὐτοῦ συνταξάμενος κατέλιπε (Euseb. 9, 16) et in eodem libro Sophoclis eclogam quam supra (p. 151) tractavimus rettulerat. hunc librum et ipsum novicium fuisse infra videbimus, sed eum qui v. 16[2] sqq. Orphico carmini inseruit aut Hecataei libro usum aut eundem fuisse cum ipso illius libri auctore tam manifestum est ut demonstratione non egeat, nam nisi ex Hecataeo Clemens novam hanc Orphicorum formam petivit, quomodo factum sit ut Sophoclis eclogam ex libro de Abrahamo afferret nescio. interpolatorem utique tenemus, qui ad augendam Abrahami et Iudaeorum gloriam illius mentionem carmini Orphico intexere non dubitavit, is autem sive Hecataeus est sive Hecataei sectator, Iustino q. f. est recentior, cum libellum de monarchia bis ut videtur exscripserit, semel certe interpolaverit.

Abrahamum ab interpolatore intellegi dixi neque dubium est. quamquam cur μουνογενὴς vocetur qui saepius unus dicitur electus a deo obscurum est. quod si idem significat recentioris fortasse aetatis quam peculiaris doctrinae indicium est. sed cur Abraham dignus fuit qui unus hominum deum conspiceret? causam ipse interpolator addit, ἴδρις γὰρ ἔην ἄστρων τε πορείης κτλ. scilicet rerum caelestium scientiam primus ad dei cognitionem et religionem convertisse ferebatur, ut est apud Eupolemum l. l. ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν ὁρμήσαντα εὐαρεστῆσαι τῷ θεῷ, fusius apud Iosephum arch. 1, 7, 1: πρῶτος οὖν τολμᾷ θεὸν ἀποφήνασθαι δημιουργὸν τῶν ὅλων ἕνα . . . εἴκαζε δὲ ταῦτα τοῖς τῆς γῆς καὶ θαλάττης παθήμασι τοῖς τε περὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ πᾶσι τοῖς κατ' οὐρανὸν συμβαίνουσι, quae propius etiam ad v. 16[4] sqq. accedunt; paullo aliter rem tradit Philo de Abrah. 15 p. 12: Abraham Chaldaeorum τῇ δόξῃ συντραφεὶς καὶ χαλδαΐσας μακρόν τινα χρόνον postea tamen intellexit non mundum ipsum esse deum, sed τοῦ κόσμου τινὰ ἡνίοχον καὶ κυβερνήτην ἐφεστῶτα, id quod 17 p. 13 subtilius explicat ita: λέγεται γὰρ εὐθὺς ἅμα τῇ μεταναστάσει τοῦ σοφοῦ (ex Chaldaeorum regione)· ὤφθη δὲ ὁ θεὸς τῷ Ἀβραάμ (Gen. 12, 7), ᾧ δῆλον ὅτι πρότερον οὐκ ἦν ἐμφανής, ὅτε χαλδαΐζων τῇ τῶν ἀστέρων χορείᾳ προσεῖχεν, ἔξω τοῦ κόσμου καὶ τῆς αἰσθητῆς οὐσίας εὐάρμοστον καὶ νοητὴν φύσιν οὐδεμίαν ἁπλῶς καταλαμβάνων — inde etiam nomen Abrami mutatum (cf. Clem. Al. str. 5 p. 648 al. cf. Fabricius cod. pseudepigr. V. T. 1, 355). Iosephum igitur aut similes auctores secutus est qui postea Abrahami laudem versibus expressit et carmini Orphico contra Iustini propositum intrusit. nam Iustinus id unum operam dedit ut monstraret Orphea quoque deum unum hominibus non visum, ipsum omnia cernentem agnovisse et praedicavisse; Abrahamo tamen ὤφθηναι κύριον ut est in Genesi, similis doctrina a 'monarchia' prorsus aliena est.

quodsi recte Clemens versus ad Abrahamum rettulit, cur ipse dubitavit, cur addit εἴτε καὶ τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ? quod sane maxime mirum est, nam certe filium dicit non Abrahami (quamquam Isaacus proprie fuit patri suo μονογενής), sed τοῦ θεοῦ i. e. Iesum Christum, quid autem Christo cum astrologia? praeterea ipse Clemens in illo capite id agit ut demonstret cum aliorum poetarum Graecorum tum Orphei carmina paraphrases esse Veteris mehercule Testamenti, nam Novi qui esse potuerunt? — vides quid valeant Clementis interpretamenta, vides ea ab ipso inventa, non originis notas esse i. e. carmina de quibus agimus non eo consilio facta esse quo Clemens iis utitur ad demonstrandum Graecos 'barbarorum' sapientiam imitatos aut furatos esse, sed Clementem Graecis verbis ob fallacem saepe similitudinem sacrae scripturae locos quorum admonetur, ipsum apponere, ut nostro loco in mentem venit et Abrahami et — Ioh. 1, 18 θεὸν οὐδεὶς ἑώρακεν εἰ μὴ ὁ μουνογενὴς υἱός (cf. i. p. 161).

sed quid faciemus v. 16[1]? qui cum Abrahamo nullo modo coniungi potest. an alium quendam scriptor intellegi voluit, decem librorum auctorem rerum caelestium imprimis peritum? de Sibyllis quidem (quarum decem fuerunt singularum singuli libri cf. Lactant. inst. 1, 6, 13) cogitari nequit. neque Mosis decem libri fuerunt quibus terrae ac siderum motus exposuerit, nam Μωυσέως ἀπόκρυφος βίβλος περὶ τοῦ μεγάλου ὀνόματος ἡ δεκάτη quae in papyris magicis fertur (Dieterich Abraxas p. 155) ab his rebus aliena est. quid igitur? v. 16[2] sqq. spectare ad Abrahamum certum esse videtur, sed qui v. 16[1] legit non potest non Mosis et decalogi recordari. quem si legisset Clemens quoque ad Mosen rettulisset neque eius mentionem omisisset. qua re ni fallor demonstratur Clementem v. 16[1] in suo exemplo non repperisse. diversa igitur sunt emblemata v. 16[2] sqq. quibus Abrahami memoria interpolata est (ab 'Hecataeo' ut videtur), et v. 16[1] quem addidit qui locum ad Mosen referri maluit i. e. Aristobulus qui cum theosopho solus versum exhibet. atque scholiastam theosophi omnia ad

Mosen referre vidimus, quod etsi propter Chaldaeos male fieri constat (neque ob v. ἄνωθεν factum est ab ipso versuum 16[2] sqq. auctore), excusatur tamen cum Moses etiam magis quam Abrahamus omnium hominum longe sapientissimus duceretur (cf. Schürer l. l. 2,281). quid quod etiam cum Graecis eum coniunxerunt ita ut ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων αὐτὸν ἀνδρωθέντα Μουσαῖον προσαγορευθῆναι, γενέσθαι δὲ τὸν Μώυσον τοῦτον Ὀρφέως διδάσκαλον narrarent (Artapan. ap. Eus. pr. ev. 9, 27, 3). nugae sunt, sed cum similes fabulae ferantur, hominem Mosis studiosum qualia in Orphico carmine legebantur Mosi tribuere non ita mirabimur; quae ut ad hunc spectare viderentur, ita effecit ut versum qui aperte eum significaret insereret; at quam parum feliciter opera cesserit videmus, versus tam ieiunus et tam male iunctus et prioribus (nam v. 16[2] sqq. ad v. 14-16 multo propius accedere in propatulo est) et sequentibus ut 'Aristobulus' 'Hecataeo' longe inferiorem se praebeat, sententia simplicitate tam stolida atque interpolatoris recentissimi indoles tam manifesta ut quomodo talia viris doctis, qui Aristobulum eumque antiquum totius carminis Orphici et si dis placet reliquarum eclogarum inventorem fuisse arbitrati sunt fucum facere potuerint prorsus non intellegam.

quae si recte disputata sunt, carminis Orphici post Iustinum interpolati duplex servata est memoria, antiquior est qui versus de Abrahamo imposuit, recentior qui rem in Mosen convertit. atque scholiastam theosophi (propter v. 16[1]) Mosen intellexisse vidimus. tamen ad ipsum theosophiae auctorem per versum Mosaicum prioris sententiae notitia permanasse videtur, siquidem (cap. 55 v. s. p. 154) Orpheus ei dicitur τὴν τῶν πάλαι Χαλδαίων σοφίαν δηλαδὴ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ ἐπαινῶν. sed quod magis etiam mirum est, ipse Clemens qui in strom. V de Mose ne cogitavisse quidem videtur, altero loco etsi non v. 16[1] at recentiorem interpretationem procul dubio significat, strom. 1 p. 411: Μωυσῆς ἄνωθεν τὸ γένος Χαλδαῖος ὢν ἐν Αἰγύπτῳ γεννᾶται τῶν προγόνων αὐτοῦ διὰ πολυχρόνιον λιμὸν ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Αἴγυπτον μεταναστάντων. quae etsi ducta sunt ex Philon. vi. Mos. 1 c. 2 (Μωυσῆς γένος μέν ἐστι Χαλδαῖος [ita codd. opt., vulgo Ἑβραῖος], ἐγεννήθη δὲ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐτράφη τῶν προγόνων αὐτοῦ διὰ π. λ. ὃς Βαβυλῶνα ἐπίεζε . . εἰς Αἴγ. μεταναστάντων cf. Clem. p. 413 Iustin. coh. 10), tamen ἄνωθεν quod Clemens addit ex ipso v. 16[3] petitum esse dixeris (cf. p. 413 προσεμάνθανε δὲ τὰ Αἰγυπτίων γράμματα καὶ τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην παρά τε Χαλδαίων παρά τε Αἰγυπτίων). attamen rursus omnia turbat Clemens cum eosdem versus ad Abrahamum referat strom. 5 p. 648: οὗτος τὴν μετάρσιον τῶν κατὰ τὸν ἀέρα συμβαινόντων καὶ τὴν μετέωρον τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν κινουμένων φιλοσοφίαν μετιὼν Ἀβρὰμ ἐκαλεῖτο, ὃ μεθερμηνεύεται πατὴρ μετέωρος, ὕστερον δὲ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εἴτε τὸν υἱὸν ἐν τῷ πνεύματι ἰδών (cf. v. 16[7]!), ὥς ἐξηγοῦνταί τινες, εἴτε

ἄγγελον ἔνδοξον εἴτε καὶ ἄλλως ἐπιγνοὺς θεὸν κρείττονα τῆς ποιήσεως καὶ πάσης τῆς ἐν αὐτῇ τάξεως προσλαμβάνει τὸ ἄλφα, τὴν γνῶσιν τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ καὶ λέγεται Ἀβραὰμ ἀντὶ φυσιολόγου σοφὸς καὶ φιλόθεος γενόμενος κτλ. (cf. Philon. s. p. 160). quibuscum si confers interpretationem p. 723 (Ὀρφεὺς περὶ τοῦ θεοῦ . . εἴτε τὸν Ἀβραὰμ λέγων τοῦτον εἴτε καὶ τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ cf. s. p. 153), vides quam lubrica sit Clementina interpretatio quamque inutilis aut fallax ad scriptorum quos affert sententiam et propositum indagandum; qui dum verborum umbram captat, sola voce μουνογενὴς inductus modo filium ipsum deum patrem oculis videre dicit modo Abrahamum non deum ut secundum Genesin versus auctor voluit, sed filium in spiritu (sancto) in caelo conspicientem facit, sententiae ac verborum adeo neglegens ut εἰ μὴ μουνογενή τις ei lectum esse existimaveris. verum haec utut sunt, v. 16[1] tamen a Clemente alienus est, post Clementem additus est quo Mosis auctoritas expressis verbis indicaretur. sed quo potissimum tempore 'Mosaica' haec studia floruerint, si recte in Clemente str. 1 p. 411 huius interpretationis vestigium observavimus, iam aliquo modo licet suspicari.

porro v. 20 sqq. quid interpolator voluerit haud difficile est intellectu. 'Aristobulus' e. g. explicuisse ferebatur (Euseb. pr. ev. 8, 10), διότι σημαίνεται διὰ τοῦ νόμου τοῦ παρ' ἡμῖν καὶ χεῖρες καὶ βραχίων καὶ πρόσωπον καὶ πόδες καὶ περίπατος ἐπὶ τῆς θείας δυνάμεως, talia non sensu proprio accipienda sed allegorice interpretanda esse. quae etsi paullo aliter se habent et ipsum illum 'Aristobulum' v. 17-21[3] interpolavisse negaverim, tamen similibus ni fallor rationibus ducti qui in v. 17 sqq. in dei imagine hominis figuram magis quam decet referente offenderent, πρὸς τὸ φυσικῶς λαμβάνειν τὰς ἐκδοχὰς καὶ τὴν ἁρμόζουσαν ἔννοιαν περὶ θεοῦ κρατεῖν καὶ μὴ ἐκπίπτειν εἰς τὸ μυθῶδες καὶ ἀνθρώπινον κατάστημα (Aristob. l. l. cf. Aesch. fr. 464 χώριζε θνητῶν τὸν θεὸν κτλ. s. p. 150), descriptionem paullatim ad digniorem dei notionem reformaverunt et versus:

> οὗτος γὰρ χάλκειον ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται
> χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, γαίης δ' ἔπι ποσσὶ βέβηκε
> χεῖρά τε δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο
> πάντοθεν ἐκτέτακεν· περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρὰ
> καὶ ποταμοὶ πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης

relicto tamen χρυσέῳ θρόνῳ ita refinxerunt:

> αὐτὸς δὴ μέγαν αὖθις ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται
> χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, γαίῃ δ' ὑπὸ ποσσὶ βέβηκε . . . . .
> ἐκτέτακεν, ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμῷ

(vel ut est in theosopho, nam de verbis mox videbimus:

> πάντοθεν ἐκτέτακεν, ὀρέων δὲ τρέμει βάσις αὐτὸν
> ἐν θυμῷ πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης)

21[1] οὐδὲ φέρειν δύναται κρατερὸν μένος.

tunc interpolator ne divinae maiestatis imaginem imperfectam relinquat ipse continuat:

ἔστι δὲ πάντῃ

21[2] αὐτὸς ἐπουράνιος καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ,

quibus retractat v. 17-18, deinde concludit

21[3] ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσην ἠδὲ τελευτήν.

versus si consideramus haud ita male decurrunt et auctorem produnt ni fallor eundem eum v. 16[2] sqq. atque haec in Clemente ab interpolatore immutata et adsuta leguntur (quamquam ipse Clemens interpolatoris sententiam adeo non perspexit ut cum illis versibus ita immutatis locum Iesaiae notissimum propter levem quandam similitudinem, quae tamen apud alios quoque frequenter occurrit, contulisse satis haberet tamquam ex illo essent derivati). Aristobulus autem et cum eo theosophus his non contenti iterum nova superaddiderunt: scilicet ne homo profanus talem divinae potestatis laudem atque descriptionem tamquam e suo penu protulisse videretur versus adiecerunt (quos Clemens si novisset in stromate v non praeteriisset quosque media ecloga omittit ne verbo quidem addito ut inter v. 7[1] et 16[2], 16[7] et 17):

21[4] ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑλογενὴς διέταξεν

21[5] ἐκ θεόθεν γνώμῃσι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν.

ita ad vetera praecepta superiora reducta sunt. quibus verbis quid interpolator spectaverit luce clarius est. ὑλογενὴς enim sine dubio est ipse Moses (latet aliqua nominis etymologia, ὁ τὴν τῶν ἐνύλων γένεσιν γράψας Μωσῆς schol. theos., ὑδογενὴς coll. Clem. str. 1 p. 412 sim. non ita probabiliter Scaliger coniecit); eundem manifesto significat v. 21[5], δυσὶ γὰρ ἔλαβε τὸν νόμον ἐν πλαξί ut recte explicat schol. theos. secundum Ex. 31, 18 καὶ ἔδωκε Μωυσῇ τὰς δύο πλάκας τοῦ μαρτυρίου, cf. Sibyll. 3, 257 ἐὸν νόμον οὐρανόθεν πρὸ

δῶκε θεὸς γράψας πλαξὶν δυσὶ πάντα δίκαια
καὶ προσέταξε ποιεῖν.

en igitur iterum bonus Aristobulus qui carmini Orphico a falsario olim composito et interim ab interpolatore aliquo in maiorem dei gloriam aucto et emendato Mosis et decalogi mentionem non semel sed iterum inculcavit ne absque illo auctore et praedecessore Graeci tam iusta de deo sensisse viderentur. versus quoque uno Aristobulo dignissimi, tam languidi sunt et tam male post v. 21[3]

ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσην ἠδὲ τελευτήν,

qui sententiam sollenniter concludit et confirmat, subfiguntur. pusillum autem et perversum hominis ingenium etiam verba declarant. ut vocem ὑλογενὴς mittam qua usus esse videtur quo facilius μουνογενὴς ille (v. 16[3]) idem Moses esse crederetur, verba ὡς λόγος ἀρχαίων cum adderet et ad Mosen referret callide testis spectatissimi verba in suam sententiam convertit et inflexit. sumpsit enim ex Plat. legg. 4 p. 715 E ὁ μὲν δὴ θεός, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων εὐθείᾳ περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπεται Δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός (cf. i. cap. 3). locus quidem celeberrimus (cf. Stob. ecl. 1, 3, 55 Plut. adv. Col. p. 1124 F al.) et a scriptoribus ecclesiasticis saepe laudatus (cf. Clem. protr. p. 60 strom. 2 p. 499 Otto ad Iust. coh. 25, atque ex horum aliquo hausit Aristobulus, ipsum Platonem non adiit cf. infra), sed Mosis memoriam inde repetere nemo ausus est ante Aristobulum nostrum et Iustinum q. f. coh. 25: ἐνταῦθα ὁ Πλάτων σαφῶς καὶ φανερῶς τὸν παλαιὸν λόγον Μωυσέως ὀνομάζει νόμον τοῦ μὲν ὀνόματος Μωυσέως φόβῳ τοῦ κωνείου μεμνῆσθαι δεδιώς.. διὰ δὲ τῆς τοῦ λόγου παλαιότητος τὸν Μωυσέα σημαίνει σαφῶς (cf. Eus. pr. ev. 11, 13, 5), quamquam in ipsa cohortatione Orphicis versibus neque Hecataei inventa neque Mosaica additamenta illata sunt. sed tali doctrina imbutus 'Aristobulus Peripateticus' vel Platonis ope veteribus carminibus Orphicis legem sacram Mosi datam substituit et simul effecit ut v. 7[1] quoque verba παλαιὸς δὲ λόγος περὶ τοῦδε φαείνει qui legeret non posset non de Mose dicta esse putare, ita ut Orpheus quae filio tradit omnia (v. 8 sqq.) tamquam ex ore Mosis profiteri et ut ea velut verbum dei (v. 5) intnentur filium cohortari videretur — ac vaferrima hac astutia assecutus est ut interpolator 'Mosaicus' doctos indoctosque cluderet et versificator semibarbarus totius carminis auctor haberetur.

ad Clementem redeamus et interpolatorem a primo compilatore secundum ('Hecataeum'), ille enim post v. 21[3]

ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσην ἠδὲ τελευτήν

plura etiam addit a Iustiniano carmine aliena, quae cum a prioribus (interpositis v. 21[4-5]) seiunguntur, sententia scriptoris clara et perspicua obscuratur et vitiatur. nam quod dei imaginem ne hominis formam induisse videretur ita reformavit ut omnia a vi divina pendere dicerentur, id ipsum iam affirmat verbis gravissimis.

21[6] ἄλλως οὐ θεμιτὸν δὲ λέγειν et tamquam religionem veritus ob verba inverecunde de deo dicta pergit τρομέω δέ τε γυῖα (φρίττω τὸ μυστήριον λογιζόμενος schol. theos.), tunc totam sententiam iterum comprehendit et expressis verbis sollenniter repetit:

21[7] ἐν νόῳ — ἐξ ὑπάτου — κραίνει περὶ πάντ' ἐνὶ τάξει,

i. e. deus animus est et mente sua, caelitus (αὐτὸς ἐπουράνιος) omnia regit (καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ ut est in v. 21[2]), non tamen homini deus comparandus est neque audiendus is qui talia de deo pronuntiare ausus est, carminis quod ante ferebatur auctor i. e. carminis quale apud Iustinum legitur. denique interpolator epilogum addidit quo carmen quod ab adhortatione ad filium exorditur aptius concluderetur. interpolatorem igitur tenemus, quid spectaverit videmus; interpolationem non probabimus, at hominis pietati condonabimus. sed Aristobulum, qui cum ante pii hominis verba ἄλλως οὐ θεμιτὸν δὲ λέγειν immiserit illa ὡς ὑλογενὴς διέταξεν κατὰ δίπλακα θεσμόν, sententiam ita pervertit ut extra Mosaicam legem salus

non esse dicatur, ob fraudem atque impietatem non poterimus non detestare.

his peractis iam de reliquis carminis Orphici interpolationibus quae cum Clemens deficiat in solis Aristobulo et theosopho leguntur rectius iudicare licebit. atque initium fiat a v. 1[1] quem postea adiectum esse nemo infitiabitur. vario autem modo traditur. antiquiorem formam sine dubio theosophus servavit, quam propter verba θεῖόν τε νόημα haud improbabiliter 'Hecataeo' tribueris. sed 'Aristobulus' quid inde effecit? rursus ut 'legis' divinae nomen inferret, homo astutus ex πᾶσιν ὁμῶς (vel πᾶσιν ὁμοῦ) ut est in quibusdam codicibus elicuit πᾶσι νόμου et ex θεῖόν τε νόημα deinde effecit θείοιο τεθέντος — res philologo mehercule palaeographico dignissima. ita 'Aristobulus' carmen non semel aut bis sed ter 'Mosaica' sua interpolatione inquinavit et pessumdedit. verba autem quae interpolatori ansam dederunt πᾶσιν ὁμῶς non in 'monarchiae', sed in cohortationis codicibus DG leguntur, qui etsi pessimae sunt notae ad illustrandam carminis historiam haud prorsus inutiles atque abiciendi essent — quoniam supra in loco Platonico Aristobulum cum cohortatione mirum in modum consentire deprehendimus; iidem v. 16 recte legunt Δία τὸν (τὸν διὰ rell.) et v. 8 εἷς δ' cum Cyrillo — si de auctoritate codicum certius constaret (cf. i. p. 177).

iam v. 7[1] cui debeatur dubium esse nequit. scilicet quod Clemens in protreptico quem totum a 'monarchia' pendere cognovimus post v. 7 addit ἀθάνατον, vocem ex consuetudine dictionis epicae in fine eclogae sponte accessisse apparet. nam quod pergit εἶτα ὑποβὰς διαρρήδην ἐπιφέρει· εἷς ἔστ', κτλ. (v. 8-10), nisi propter verbum ἀθάνατον varias partes esse putavisset v. 7[1] simpliciter perscripsisset. eadem autem res est in strom. p. 723 ut lectione antiqua ἄνακτα demonstratur. quam qui mutaverunt in τυπωτὴν Aristobulus et theosophus, iidem v. 7[1] expleverunt et Orpheum ipsum sapientiae suae fontem primigenium indicantem fecerunt — id quod et a carmine Iustiniano et a totius libelli de mon. consilio prorsus abhorret. παλαιὸς δὲ λόγος unde omnem de deo uno scientiam se accepisse Orpheus iam ipse profitetur est ὁ τοῦ Μωσέως καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν (schol. theos.), idem atque λόγος ἀρχαίων quem Moses exposuit

ἐκ θεόθεν γνώμην τε λαβὼν καὶ δίπλακα θεσμόν.

'Aristobulo' igitur interpolatori Mosaico etiam quartum hunc locum tribue.

sed cur v. 7 pro κόσμοιο ἄνακτα, quod cum Iustino legit etiam Clemens protr. et strom., scripserunt κόσμοιο τυπωτήν? vox Philoni usitatissima et digna interpolatorum prosapia qui carmen ad verba Mosis redigunt et mundum a deo creatum dici volunt; id ipsum Christiani scriptores cum aliorum tum Platonis de deo mundi auctore sententiis solent opponere quod est in Genesi εἶπεν ὁ θεὸς καὶ ἐγένετο. sed verba Aristobuli conferas (Eus. l. l.) δεῖ γὰρ λαμβάνειν τὴν θείαν φωνὴν οὐ ῥητὸν λόγον (cf. v. 5), ἀλλ' ἔργων κατασκευάς καθὼς καὶ διὰ τῆς νομοθεσίας ἡμῖν ὅλην τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου θεοῦ λόγους εἴρηκεν ὁ Μωσῆς. συνεχῶς γάρ φησιν ἐφ' ἑκάστου· καὶ εἶπεν ὁ θεὸς καὶ ἐγένετο (seq. δοκοῦσι δέ μοι περιειργασμένοι πάντα κατηκολουθηκέναι τούτῳ Πυθαγόρας τε καὶ Σωκράτης καὶ Πλάτων . . . ἔτι δὲ καὶ Ὀρφεὺς κτλ.). itaque quoniam in 'verbo' quod interpolato v. 7[1] (παλαιὸς δὲ λόγος) Aristobulus de Mose intellegi voluit scriptum est deum mundum creavisse, ἄνακτα in τυπωτὴν mutavit; peculiarem autem quam in voce inesse putaverunt doctrinam non invenio (ceterum cf. Orph. hymn. 34, 24/6 Apollinem βροτοὶ κλῄζουσιν ἄνακτα . . . οὕνεκα παντὸς ἔχει κόσμου σφρηγῖδα τυπῶτιν). — in v. sequenti 8 quis αὐτοτελὴς pro αὐτογενὴς primus scripserit incertum est; sed verba ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται ne quid simile theogoniae paganae relinqueretur 'Aristobulus' emendavit et scripsit αὐτοῦ δ' ὕπο πάντα τελεῖται clausula Homerica (sed v. 21[2] πάντα τελευτᾷ, fortasse etiam cfd. v. 2 ἔγγονε pro ἔκγονε). — denique v. 9 περινίσσεται cui nescio quid arcanae sapientiae dederunt Aristobulo longe vetustius esse Clemens testis est.

insolens porro sive 'Aristobuli' sive 'Hecataei' interpolatio inest in v. 11-12, quorum sententiam in Graeco scriptore non mirandam in contrarium vertit cum pro antiquis versibus:

οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι
καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα

scriberet (cf. i. ad cap. 3B):

11 αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθῶν θνητοῖς κακὸν οὐκ ἐπιτέλλει
11[1] ἀνθρώποις, αὐτοῖς δὲ κ' ἔρις καὶ μῖσος ὀπηδεῖ
12 καὶ πόλεμον καὶ λοιμὸν ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.

quae manifesto ducta sunt ex ipso quem supra p. 154 significavi Sibyllinorum loco, ubi est:

τίς γὰρ σὰρξ δύναται θνητῶν γνῶναι τάδ' ἅπαντα;
ἀλλ' αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ ποιήσας τάδ' ἀπ' ἀρχῆς . . .
τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων πολὺ πλείονα μισθόν,
τοῖς δὲ κακοῖς ἀδίκοις τε χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων
καὶ πόλεμον καὶ λοιμὸν ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.

atque risum movet quam pueriliter interpolator tibubaverit et statim male facti poenas dederit. nam καὶ πόλεμον καὶ λοιμὸν (ita enim in codicibus Eusebii traditur) dormitanter descripsit cum ob mutatam structuram post v. 11[1] nominativo locus esset (cf. v. 12 Iustini, an ὀπηδεῖ idem esse voluit atque ὀπάζει?) — quae cave ne corrigas neve originis vestigia abstergas, quamquam et theosophus et fortasse singuli Eusebii codices (in aliis etiam χάριν legitur) suo iure nominativum restituerunt.

ut in v. 11-12 scriptoris Orphici de origine malorum sententiam interpolator emendandam curavit, ita v. 10 de

deo invisibili Aristobulus suam opinionem carmini infarsit. vulgaris est apud omnes doctrina deum ubique adesse nemini visum, omnia ipsum cernentem; ut est e. g. in Sibyll. fr. 1, 8 (Rzach p. 233, ex eodem quod modo spectavimus capite Theophili)

ἀόρατος ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα.

at 'Aristobulus' ne talia quidem poetae concessit sed falsam doctrinam ut expelleret Philonem et Platonicos secutus correxit οὐδέ τις αὐτὸν

εἰσοράᾳ ψυχῶν θνητῶν, νῷ δ' εἰσοράαται,

quibus clare ab anima mortali distinguitur immortalis cui soli deus cognoscitur. moneo autem theosophum de hac re sententiam ab 'Aristobulo' interpolatam amplexum non esse.

quae secuntur apud Aristobulum et theosophum (v. 13-13[3]), eorum ratio obscurior est. sed rursus antiquiora ni fallor servavit theosophus. nam simile quid interpolator voluisse videtur atque quae v. 16[2] sqq. expressit: ut Abrahamus unus post hominum memoriam deum oculis vidit, ita cum reliquis hominibus Musaeus eum non videbit antequam ipsum in terram descendentem, quandoquidem certa vestigia cernat, Orpheus filio demonstraverit i. e. vaticinium de Iesu Christo imposuit. quod quo facilius adstrueret, primum post v. 9-10 οὐδέ τις αὐτὸν

εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται

nexum v. 11. 11[1]. 12 turbatum restituit v. 13:

οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος, τῷ κεν ῥέα πάντ' ἐσορῆται,

deinde pergit

οὔ κεν ἴδῃς (f. ἴδοις) αὐτόν, πρὶν δή ποτε δεῦρ' ἐπὶ γαῖαν

(sc. ἥκοντα) δείξω σοι κτλ. (quae schol. theos. explicat πρὸ τοῦ σαρκωθῆναι καὶ ἐπὶ γῆν ὀφθῆναι. sequentia ut novum enuntiatum: τέκνον ἐμόν, δείξω σοι κτλ. idem interpretatur ὅτι τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἔδειξε τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. alii alia elicuerunt, πρὶν δή ποτε δεῦρ' ἐπὶ γαῖαν τέκνον ἐμὸν δείξω σοι tamquam dei patris verba coniungi voluit Buresch!). 'Hecataei' igitur si quid video sunt emblemata, quae deinceps 'Aristobulus' suo Marte refinxit: verba οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος cum seiunxerit, nunc suspensa haerent et post v. 11 sqq. mirum quantum languent. tum male subsequitur σὺ δέ κεν ῥέα πάντ' ἐσορήσαις (ita edd.), αἴ κεν ἴδῃς αὐτόν (πρίν κεν ἴ. αὐτόν Lobeck), sententia simplicitate stolida nisi memineris doctrinae ab 'Aristobulo' reformatae in v. 10. iam quae restant πρὶν δή ποτε δεῦρ' ἐπὶ γαῖαν δείξω σοι, ὁππηνίκα δέρκομαι κτλ. (πλὴν δή ποτε κτλ. Lobeck) quo referantur prorsus non habent — etsi talia Eusebio quam Aristobulo dare malueris. unum addo de v. 13[3] ubi quod Aristobulus legit κραταιοῖο (κρατεροῖο rectius theos. cf. v. 21[1]), consulto mutavisse videtur fortasse Mosaici loci (cf. Ex. 3, 20) recordatus quem ipse affert ap. Euseb. pr. ev. 8, 10 p. 376 ἐν χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγεν ὁ θεός σε ἐξ Αἰγύπτου. quem tamen percenset ut moneat χεῖρας θεοῦ si dicat Moses ne veras manus intellexeris (cf. p. 377 ὥστε αἱ χεῖρες ἐπὶ δυνάμεως νοοῦνται θεοῦ). iam vero qui id agit ut humanas de deo imagines allegorica interpretatione emendet, certe ipse talia (χεῖρα στιβαρὴν cf. Hom. ε 454 Ψ 843) non inscripsit auctori quem arte ac fraude ad Mosaicam legem reformare studet i. e. v. 13-13[3] interpolatoris sunt 'Aristobulo' anterioris.

v. 15-16 omisit 'Aristobulus' et in hac quoque re hominis indolem atque ingenium facile perspicimus. nam offendit vir pius magis quam religiosus in nomine Iovis v. 16 et versus sustulit quos simplici mutatione emendare aut noluit aut non potuit. nam hoc ei scrupulum iniecisse documento sunt Arati versus quos Orphicis subiecit: καὶ Ἄρατος δὲ περὶ τῶν αὐτῶν φησιν οὕτως

ἐκ θεοῦ ἀρχώμεσθα τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
ἄρρητον· μεσταὶ δὲ θεοῦ πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
...... πάντῃ δὲ θεοῦ κεχρήμεθα πάντες

ubi ter θεοῦ substituit in locum Διός, ut ipse declarat: καθὼς δὲ δεῖ σεσημάγκαμεν περιαιροῦντες τὸν διὰ τῶν ποιημάτων Δία καὶ Ζῆνα, τὸ γὰρ τῆς διανοίας αὐτῶν ἐπὶ θεὸν ἀναπέμπεται. διόπερ οὕτως ἡμῖν εἴρηται. praeterea sententiae non adstipulabatur, nam mente deum comprehendi posse ipse statuit v. 10, cum v. 15 mentis ratio nulla habeatur, sed poeta invisibilitatis causam dicat

πᾶσι γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις.

igitur non casu locus in codicibus excidit, sed data opera 'Aristobulus' versus delevit; quamquam ne quid abiceret quo uti posset ex v. 15 verbis πᾶσι γὰρ θνητοῖς partem novi versus 16[1] καὶ πᾶσι δεκάπτυχον ἀνθρώποισιν edolavisse videtur — quae ut nunc apud theosophum coniuncta leguntur (v. 15. 15[1]. 16. 16[1]. 16[2]) quam male coeant quivis videt. sed quod gravius est 'Aristobulum' iterum atque iterum intellegis primigenii carminis auctorem nullo modo reputari posse, sed recentem carminis correctorem fuisse et interpolatorem. qui cum Iovem loco movendum esse censuerit, certe ne Lunae quidem filium Musaeum facile ipse dicturus fuit.

verum inter versus quos 'Aristobulus' omisit 15 et 16 interest versus novicius 15[1]; quem Aristobulo vetustiorem esse patet et in Clementis ecloga strom. p. 692 iam admissum esse vidimus. interpolatorem autem ('Hecataeum'?) prodit cum μικραὶ male versui explendo praefixum, tum v. 16 δ' quod theosophus demum in τ' mutandum esse animadvertit. sed quid sibi volunt verba permira (cf. Aesch. fr. 464, 2 s. p. 150)

ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύασιν

versui 16 praemissa? (nam ne interpolatorem simili atque Aristobulum ratione ductum versum 15[1] in locum versus 16 quem Clemens omittit supposuisse conicias, Clementem memineris brevitatis studiosum talia in fine eclogarum praecidere solere cf. v. 16[8]. 21[7]). sine dubio verba illa interpolator adiecit, quo magis hominum mortalium et e ma-

teria genitorum imbecillitatem numini ac menti divinae opponeret, idem qui v. 20 sqq. ne deus tamquam homo mundum inhabitare videretur mentem atque potestatem dei qua omnia regerentur novis versibus extulit exornavitque. neve ignores unde verba et colores petiverit, eosdem adiit Theophili versus Sibyllinos quos supra memoravimus (fr. 1, 7 sqq. Rzach p. 233)

εἷς θεός, ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης ἀγένητος
παντοκράτωρ ἀόρατος ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα.
αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἁπάσης·
τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ
ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ;
. . . . θνητοὶ γεγαῶτες
ἀνέρες, εἰν ὀστοῖσι φλέβες καὶ σάρκες ἐόντες.

(cf. v. 1 ἄνθρωποι θνητοὶ καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες. v. 7-9 etiam Iust. coh. 16; v. 10 = fr. 3, 15 ap. Theoph. cf. s. p. 166; v. 10-13 Clem. protr. p. 61 strom. 5 p. 714).

transeamus ad v. 20 sqq. quorum sententiam postquam supra monstravimus reliquum est ut qua re interpolatores inter se differant videamus. atque theosophus non solum in v. 20 πάντοθεν ἐκτέτακεν et v. 21 πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης antiqua verba conservavit, sed etiam quae addidit ὀρέων δὲ τρέμει βάσις αὐτὸν ἐν θυμῷ i. e. non montes qui deum undique circumdant contremunt, sed (cf. Aesch. fr. 464, 9 s. p. 150) ima montium ac fundamenta (βάσις) tremunt et timent deum in ira ac profunda (βάθος) marium, οὐδὲ φέρειν δύναται κρατερὸν μένος κτλ. — sententia plana et unde interpolatoris consilium clare appareat (cf. psal. 18, 8). sed Aristobulus et Clemens p. 723 propter v. 19 χεῖρα δὲ δ. ἐπὶ τέρμασιν (plur.) ὠκεανοῖο ἐκτέτακεν verba v. 21 πολιῆς τε β. χ. θ. inutilia ac molesta duxerunt et omisso πάντοθεν novum versum contraxerunt sensu cassum et claudicantem:

ἐκτέτακεν, ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμῷ
οὐδὲ φέρειν δ. κ. μ.

iam ἔνδοθι θυμῷ quo referatur nisi ad ipsos montes non video; an dei cum pedibus terra subiecta sit montes in mente seu corde positos esse putabimus? nimirum Homerica formula deceptus recens interpolator pro ἐν θυμῷ scripsit ἔνδοθι θυμῷ (quod in Clem. cod. L male mutatum est in ἔ. θυμοῦ, cum Eusebius et Theodoretus neque minus Aristobulus servaverint ἔ. θυμῷ, cf. Θ 577 ὀδύρεαι ἔνδοθι θυμῷ), sententiam autem nullo modo curavit.

quae si recte explicata sunt, non semel sed iterum atque iterum vides 'Aristobulo' nostro rectiora et vetustiora vel quinti saeculi theosophum tradidisse. at idem iam v. 1^{1} demonstratum est quem post auctorem theosophi Aristobulum ad 'legem' Mosaicam exegisse cognovimus neque id mirum, nam plura in 'Aristobulo' leguntur quae nisi theosophi lectionem in auxilium vocaveris frustra enodare temptaveris. ut leviora praeteream, velut v. 21^{5} sine dubio

rectius legis cum theosopho

ἐκ θεόθεν γνώμην τε λαβὼν καὶ δίπλακα θεσμόν

quam cum Aristobulo γνώμῃσι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν, manifesta res est in v. 21^{8} sq.; sententia perspicua et 'Hecataeo' ut videtur non indigna: σὺ δὲ σοῖσι νόοις πέλας ἴσθι ἐς αὐτόν — ex his quae Aristobulus effecit σὺ δὲ τοῖσι νόοισι πελάζευ brevitate tam obscura sunt ut vix intellegas; quid voluerit ex v. 10 colligere licet. sed quae deinceps secuntur in Eusebii codicibus μηδ' ἀπόγε quis unquam divinando unde venerint explicaverit? nunc omnia patent: μηδ' ἀπόδος κτλ. quam bene Orpheus filium extremo versu exhortetur apparet; quod postquam in μηδ' ἀπόγος abiit Aristobulus cum quomodo rem emendaret non inveniret, primum v. 21^{9} sua arte restituit apices secutus ut decet hominem criticum ⟨εὖ⟩ μάλ' ἐπικρατέων (sc. τοῖσι νόοισι πελάζευ), στέρνοισ⟨ι δὲ ἔν⟩θεο φήμην, v. 21^{8} autem (nescio an cruce philologorum appicta) reliquit et descripsit quae aderant μηδ' ἀπόγε, licet et versum et sententiam excederent — en 'Aristobulus', falsariorum quem putant celeberrimum et antiquissimum! corruptela est sed antiqua et in Eusebio cum cura conservanda ne diutius ficticiis lectionibus fictisque nominibus decipiamur; ut nostro loco ex nescio quo codice certe pessimo edere solent γλῶσσην | εὖ μάλ' ἐπικρατέων sive γλώσσης quod ars critica vulgaris postulabat.

eiusdem generis alterum exemplum exstat v. 16^{8}. ut ea quae praecedunt simul paucis explicem, in v. 16^{4} sqq. iterum lectionem theosophi ut vetustiorem secutus sum. nam qui Chaldaeorum genere ortus ex rerum caelestium scientia deum perspexisse dicitur, rectius ἄστρων τε πορείης καὶ σφαίρης ἥτ' ἀμφὶς ὀχῆος ἀεὶ περιτέλλει (sive solis sive mundi universi) peritus fuisse declaratur quam ἄστροιο πορείης (solis) καὶ ὡς σφαίρης κίνημα ἀμφὶ χθόνα περιτέλλει (lunae), item sphaera solis rectius appellatur κυκλοτερὴς ἴση τε quam lunae movimentum κυκλοτερὲς ἐν ἴσῳ τε, porro structura impedita (πορείης — καὶ ὡς . . περιτέλλει) et magis etiam in sequentibus. quis enim πνεύματα ἡνιοχεῖ et ἐκφαίνει πυρὸς σέλατα? mea quidem sententia neque deus neque Abraham, verum ne luna quidem ut secundum Aristobulum videtur. contra ex vulgari veterum opinione sol recte dicitur et ventos excitare et fulgura mittere (neque magni momenti est quod propter ἠέρα Clemens et theosophus πνεύματι scripserunt, etsi ipse Clemens str. 5 p. 648 s. p. 161 mirum in modum interpretatur; v. 16^{8} autem Clemens dormitanter omisit cf. s. p. 168). iam vero qui versus ab Aristobulo impudenti v. 16^{1} interpolatione in Mosen conversos legebat non poterat non eundem Mosen subiectum verborum ἡνιοχεῖ et ἐκφαίνει putare. at Mosi datum erat ut naturam dei voluntate flecteret, ille fontem produxit salientem (Ex. 17, 6) — χεῦμα νάματος, ille (Ex. 34, 29) quadraginta dies in monte Sinai coram deo versatus quibus ἔγραψεν ἐπὶ τῶν πλακῶν

τὰ ῥήματα ταῦτα τῆς διαθήκης, τοὺς δέκα λόγους, cum descenderet οὐκ ᾔδει ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρώματος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐν τῷ λαλεῖν αὐτὸν αὐτῷ, neque splendorem populus sustinebat — πυρὸς σέλας ἰφιγενήτου (τῆς θεότητος ἀπαυγάσματα similiter explicabat schol. theos.).

sed si haec fuit interpolatoris recentissimi sententia, putaveris ita eum simpliciter scripsisse. sed quamvis ingeniose ex διαφεγγέα πάντῃ elicuerit ἰφιγενήτου (quocum conferas quae de dei in montem Sinai per ignem ardentem catabasi Aristobulus exponit ap. Eus. pr. ev. 8, 10 p. 377), tamen ne hic quidem litteras quae abundabant abiecit et versum pessumdedit. nam ab Eusebio traditur σέλας τάδε ἰφ. (ita codd., ἰφιγενήτου autem solus J, ἰφιγενήθη sim. rell. ἔλατα δὲ ἴφι γεννηθῇ B), ita vel ex apicibus vetustiora verba a theosopho servata σέλατα διαφεγγέα πάντῃ pellucent. atque haec non ab Eusebio aut librariis peccata esse luce clarius est, sed relata ut erant in libro quem describere se profitetur 'Aristobuli' nostri Peripatetici spectatissimi. quibus exemplis simul probatur quam arduum sit opus Eusebii iusta recensio. nam hoc quoque loco Eusebium et Eusebii auctorem corrigunt qui edunt quae res et versus flagitare videntur σέλας ἰφιγενήτου (de Eusebii codicibus interim conferas Freudenthal Hellenist. Studien 2, 200, Heikel de praep. ev. Eus. edend. 1888 p. 27, Schwartz ad Tatian. p. VI, Wendland Philo ü. d. Vorsehung 1892 p. 95, Gutschmid Kl. Schr. 4, 377, Niese ad Ioseph. c. Ap. p. XVI).

quamquam per Eusebium aut librarios nihil damni accessisse quis putabit? certe Eusebio danda non sunt quae olim edebantur v. 16[1] λοιπὸν ἐμοί, στᾶσιν δὲ δεκάπτυχον ἀνθρώποισιν. quae cum stare non posse viderentur secundum grammaticam omnes corrigebant στᾶσιν δὲ δέκα πτυχαὶ ἀ. (plurali non tolerabili cf. Eur. fr. 506) atque cum v. 14 (nam v. 15. 15[1]. 16 Aristobulus delevit) ita coniungebant:

αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω, περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται
λοιπὸν ἐμοί, στᾶσιν δὲ δέκα πτυχαὶ ἀνθρώποισιν.

iam G. Hermannus vidit scribendum esse πᾶσιν quod nunc per theosophum egregie confirmatum est, at reliquum erat ut Lobeckius corrigeret λεπτὸν ἐμοί. atque talia non solum edebant sed etiam interpretabantur, velut 'nubes mihi circa deum firmata est, quo minus illum videre possim: sed vulgo hominum decem involucra obstant' (Gesner), quae aptius vernacule reddideris 'alle Andern aber haben zehn Bretter vor dem Kopf' — ne dicam quae de voce στᾶσιν (vel στάσιν sc. δεικνῦσιν ut plurimi volebant cf. Aristob. ap. Eus. pr. ev. 8, 10 p. 377) veteres theologi hariolati sint.

item cum ipsius interpolatoris sententia pugnat quod in Eusebio nunc legitur v. 11[1] αὐτῷ δὲ χάρις καὶ μῖσος ὀπηδεῖ. nam id ipsum offendit quod deus auctor malorum dici videbatur, quare scripsit οὗτος δὲ . . κακὸν οὐκ ἐπιτέλλει ἀνθρώποις, αὐτοῖς δὲ . . ὀπηδεῖ. atque quod sub voce χάρις latere ἔρις iam C. Schenkl intellexit, id quoque theosophus servavit et corruptelae origiuem optime illustravit. sed postquam κ' ἔρις κ. μ. (κ' del. Mendelssohn Philol. 49, 253) abierunt in χάρις καὶ μῖσος, aequum erat deum quoque reponi et scribi v. 11 αὐτὸς δ' ἐξ ἀ. θ. κ. οὐκ ἐπ. et v. 11[1] αὐτῷ δὲ χ. κ. μ. ὀ. sed haec Eusebio potius tribuemus, licet ipsa antiqua 'Aristobuli' excerpta describere videatur.

iam magis magisque singulare theosophi pretium enituit qui etsi aetate Aristobulo longe est inferior in gravissimis lectionibus fere omnibus auctorem sequitur illo antiquiorem. cuius rei luculentissimum erat exemplum v. 1[1]-2 ubi theosophus versum tradit a primo interpolatore ('Hecataeo') additum, nondum tamen ab 'Aristobulo' nova 'legis' interpolatione deformatum. at idem theosophus emblemata illa quae 'Aristobuli' esse diximus agnovit omnia et recepit, v. 7[1]. 16[1]. 21[4-5]. quid igitur? verum hac re aut ego fallor aut quam certissime evincitur non unum fuisse post 'Hecataeum' interpolatorem 'Mosaicum' sed duos, non unum si dis placet 'Aristobulum', sed par nobile fratrum 'Aristobulorum', maiorem et minorem, illum carmini iam foede interpolato ut Abrahami laudes in Mosen deferret nova inseruisse; qui postquam viam monstravit alter vestigia secutus propria arte etiam singula ubi fieri posse videbatur ad legem Mosaicam exigere conatus est. atque huius hominis palaeographiei ἴχνια καὶ χεῖρα στιβαρὴν δέρκομαι et in v. 1[1]-2 et in reliquis quae inter theosophum et Eusebium intercedere cognovimus, cf. v. 16[8] quique cum hoc cohaerent v. 21[8]. 10. 13: vides opinor quam leviter rem egerint qui vel primi carminis Orphici inventorem 'Aristobulum' Peripateticum alterius a. Chr. n. saeculi scriptorem fuisse non crediderunt — nam veterum nemo talia tradidit — sed statuerunt et usque tamquam rem certam et demonstratam profitentur. neque vetus ille Aristobulus carmen Iustinianum condidit neque 'Aristobulus' locum de Abrahamo adiecit, sed nomen 'Aristobuli' et ipsum inventum et subdititium — salva Peripatetici memoria — illis relinquendum est falsariis qui totum carmen Mosaico colore induxerunt; quorum alter Abrahamo primus Mosen substituit, alter illum secutus sermonis ac rei metricae aeque ignarus carmen totiens vexatum ultimus retractavit quique ni omnia me fallunt vixit inter Clementem Alexandrinum et Eusebium i. e. non secundo ante, sed tertio post Chr. n. saeculo. atque quod ex solis quae deinceps fuerunt carminis Orphici immutationibus interpolatorum recentissimos infausto Mosis studio intentos fuisse quam certissime collegimus, id ipsum 'Aristobulus' ille cuius excerpta Eusebius describit toto libro sibi proposuerat ut Graecorum sapientiam ex libris Mosaicis derivatam esse evinceret, ita enim incipit (Eus. pr. ev. 13, 12, 1): φανερὸν ὅτι κατηκολούθησεν ὁ Πλάτων τῇ καθ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ καὶ φανερός ἐστι περιειργασμένος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ — cohortationis Iustini memineris s. p. 164 — cui mox subiungit Orphea, quem vatem 'Mosaicum' red-

didit, Aratum alios. eiusdem igitur farinae eiusdemque aetatis et Orphicorum interpolationes et totus ille liber 'Aristobuli' est qui Eusebio fraudi fuit et nostri saeculi viris doctissimis.

quae adhuc de diversis Orphici carminis recensionibus atque de recentissima 'Aristobuli' aetate exposuimus, titulo carminis quem varii testes exhibent confirmantur. palinodia esse ferebatur inscripta nomine Διαθῆκαι (cf. Iust. Theoph.). iam Clemens in protreptico nomen quidem non affert, verum carmen describit his verbis: παλινῳδίαν ἀληθείας εἰσάγει τὸν ἱερὸν ὄντως ὀψέ ποτε, ὅμως δ' οὖν ᾄδων λόγον. scilicet ἱεροὶ λόγοι antiqua erant carmina Orphica (cf. Philodem. piet. p. 23, 9 — diversa illa a theologumenis arithmeticis fr. 141 sqq. Ab.); itaque nunc demum Orpheus cum se ipse retractat verum λόγον ἱερὸν perfecisse dicitur. quid autem 'Aristobulus'? Ὀρφεὺς ἐν ποιήμασι τῶν κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον αὐτῷ λεγομένων dicit: putaveris eum ipsius Clementis verba male intellexisse, certe in hoc quoque hominem vides ab origine rerum quam longissime distare. quid quod ipso titulo Διαθῆκαι invitatus et incitatus esse videtur, ut τὰ ῥήματα ταῦτα τῆς διαθήκης a deo Mosi datae, τοὺς δέκα λόγους (cf. s. p. 171) carmini inferret?

'Aristobulum maiorem' excepit 'Aristobulus minor', antecessit interpolator Abrahami et similium quem 'Hecataeum' fuisse probabiliter coniecimus, quo nomine etsi non minus subditicio quam 'Aristobuli' uti liceat ad designandum hominem ab interpolatoribus Mosaicis certe diversissimum. atque 'Hecataeum' exhibet qui Mosaica aliaque Aristobulorum inventa ignorat omnia Clemens p. 692 et 723 (etsi totus ille est in Mosaicis vestigiis indagandis), cf. v. 15-15[1] quos 'Aristobulus maior' delevit, v. 7[1]. 16[1]. 21[4-5] quos idem adiecit, v. 8. 10 quos 'minor' immutavit. eundem 'Hecataeum' adiunctis tamen 'Aristobuli maioris' additamentis reddit theosophus, siquidem huius v. 7[1]. 16[1]. 21[4-5] admisit, in reliquis cum Clemente facit; ubi Clemens deficit, sive 'Hecataeum' sequitur sive 'Aristobulum maiorem', 'minoris' tamen lectiones omnes aeque respuit (cf. v. 2. 13 sqq. 16[8]. 21[8] al.). est autem ubi theosophus vel Clementem aetate superet. nam et v. 8 αὐτογενὴς servavit et v. 16[4] sqq. 20 iam apud Clementem leguntur quae postea 'Aristobulus' amplexus est, quae tamen lectoris alicuius sunt qui v. 16[4] sphaeram male intellexit et v. 20 propter oceanum mare sustulit: haec ab 'Hecataei' aut 'Aristobulorum' rationibus quam aliena sint apparet. 'Hecataeo' rursus antiquior est vetus carminis Orphici auctor quem servavit Iustinus, secuti sunt et scriptor cohortationis cum Cyrillo et Clemens in protreptico atque strom. p. 725/8. adde primum quoque carminis quod apud Iustinum legitur compositorem antiquioribus versibus Orphicis usum esse — iam universa harum rerum historia enodata et explicata est ac falsariorum tamquam genealogiam habes sat dilucide depictam.

ut in 'Aristobulo' atque in theosopho, ita iam in Clemente varia strata facile discrevimus. res ad Clementis operam et fontes diiudicandos gravissima. nam Orphici carminis recensionem et Iustinianam et alteram interpolatam eum novisse et in stromate V utramque adhibuisse demonstravimus. sed semel hanc adiit; nam quod partem p. 692 partem p. 723 exhibuit, v. 8-10. 14-15[1] (ὡς ὁ θεὸς ἀόρατός ἐστι καὶ ἄρρητος) selegit utpote illi loco aptiores; sed p. 723 ipse se inter v. 5-7[1] et 16[2] sqq. illos iam praeterire significat verbis αὖθίς τε περὶ τοῦ θεοῦ ἀόρατον αὐτὸν λέγων κτλ. plura de novicio hoc rivulo traxisse non videtur, siquidem et paullo post p. 725 et 728 et in protreptico antiqua de fonte Iustini hausit neque in reliquis eclogis Iustini inventa excedit. horum igitur quorum excerpta Clemens prout res ferebat variis locis cum aliis rebus protulit et cum verbis biblicis composuit quae origo fuerit et quomodo in Clemente spuria a genuinis discernantur, tum demum explicari poterit, cum Iustini monarchiam integram cum Clemente comparaverimus. diversa itaque procedente opere Clemens concinnavit et ad idem propositum conformavit; sed quod praeter versus ab 'Hecataeo' interpolatos carminis quod integrum adhibuit singulas partes in stromate V (nequedum in protreptico) cum sacra scriptura ita congruere dicit ut inde expressae et desumptae esse videantur fallitur et alios fefellit. nam in v. 16[3] (μουνογενής τις) egregie lapsus est et in v. 17-20 secum ipse pugnat p. 723 coll. p. 725, alii autem velut Cyrillus iisdem versibus alia subesse voluerunt. nimirum lectorum haec sunt, non primi carminis quale Iustinus servavit inventoris. quod Clemens cum ad talia converterit, ipse testis est disputandi formam universam qua in stromate V utitur a fonte sive fontibus e quibus poetarum illa excerpta deprompsit alienam esse, propriam esse Clementis qui quae praesto erant de deo et providentia commentationes aut collectiones compilavit et cum sacra scriptura ita comparavit ut Graecorum poetae — testes iam vetusto usu spectati et probati — sacros libros imitati, sua ab illis furati esse viderentur. ne plura, omnes illas de furtis Graecorum dissertationes quas fallaci 'Aristobuli' umbra seducti ad Ptolemaeorum aetatem referre solebant, apologetarum Christianorum aevo generatas et propagatas esse dico et infra magis magisque illustrabitur.

restat Iustinus quem consideratis et detersis interpolationibus quae deinceps fuerunt omnibus antiquissimam carminis formam nobis servavisse iam ita demonstravimus ut dubitari omnino nequeat. atque quod superest carmen est et ipsum neque vetustissimum neque omni ex parte perfectum, at tam bene iunctum ut naturam atque indolem auctoris non minus clare et distincte perspicias quam eorum qui postea suas sententias adiecerunt 'Hecataei' et 'Aristobulorum'. is enim post exordium sollemne et ex antiquis Orphicis repe-

titum primum id ipsum profitetur quod Iustinus illo capite persequitur, παλινῳδίαν sese filio traditurum et post errores veritatem esse declaraturum:

ἐξερέω γὰρ ἀληθέα, μηδέ σε τὰ πρὶν
ἐν στήθεσσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ

(cf. Hom. X 58 Hes. scut. 331). iam filium ut unum deum tueatur admonet et pergit:

εἷς ἔστ', αὐτογενής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται,

'deus est unus ipse non factus et ab eo omnia profecta sunt, ipse in omnibus adest neque tamen ab ullo hominum cernitur, sed ipse omnes videt'; verba et sententia antiquis quae ferebantur Orphei fragmentis consimilia. 'deus autem hominibus ex bono malum infert, bellum, miserias, neque alter est extra dominum', quae a Graecorum sapientia ita pendent, ut scriptor Iudaeus aut Christianus talia proferre aut repetere nunquam ausus sit 'deus vero invisibilis, nube densa circumfusus, cuius splendorem mortalium oculi ferre nequeunt': ea aliquam modo iam redolent Philoneae aetatis et sectae originem. e. g. de nube ignea quae genti Israel emigranti praelucebat ita Philo vi. Mos. 1 p. 107 νεφέλη γὰρ εἰς εὐμεγέθη κίονα σχηματισθεῖσα προῄει τῆς πληθύος . . τάχα μέντοι καὶ τῶν ὑπάρχων τις ἦν τοῦ μεγάλου βασιλέως (cf. v. 13 lectionem Clementis, etiam Sibyllinis usitatissimam cf. e. g. 3, 56. 499), ἀφανὴς ἄγγελος, ἐγκατειλημμένος τῇ νεφέλῃ προηγήτωρ ὃν οὐ θέμις σώματος ὀφθαλμοῖς ὁρᾶσθαι. atque

ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα

dixerat Iovis nomen non magis veritus quam v. 2 verba φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης (nam v. 1-2 in Iustino olim non defuisse constat); iam maiestatem divinam describit verbis tam gravibus et imaginem dei repraesentat tam vivam, ut lectores Christiani in his quoque non possent non offendere. quorum etiamsi maior esset similitudo cum Iesaiae versu a Clemente comparato ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου (quamquam γαίης δ' ἔπι ποσσὶ βέβηκε quod erat 'Hecataeus' demum mutavit in γαίῃ δ' ὑπὸ ποσσὶ βέβηκε), tamen quo iure poetam illum ipsum imitatum esse contendant non intellego. nam dudum pervulgata erat imago, cf. Sibyll. 1, 138

οὐρανὸν ἐνδέδυμαι, περιβέβλημαι δὲ θάλασσαν,
γαῖα δέ μοι στήριγμα ποδῶν, κέχυται περὶ σῶμα
ἀὴρ ἠδ' ἄστρων με χορὸς περιδέδρομε πάντῃ

et orac. ap. Macrob. 1, 20, 17 γαῖα δέ μοι πόδες εἰσίν. immo antiquissima ea sunt et ex Homeri versibus magnificis deducta Δ 443: (Eris) ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα, αὐτὰρ ἔπειτα

οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει

coll. e. g. N 18 τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη

ποσσὶν ὑπ' ἀθανάτοισι Ποσειδάωνος ἰόντος

ut alia praeteream. haec sunt quae Orphei nomine Iustini auctor composuit, quae ita comparata sunt ut scriptorem id egisse videas ut carmen exhiberet verbis et versibus Orphicis antiquis quam simillimum, rerum biblicarum ne umbram quidem secutus, id unum spectans ut Orphea faceret se ipsum retractantem et dei 'monarchiam' profitentem, immo ne hoc quidem inveniret, sed ex solis verbis sua interpretatione eliceret: μηδέ σε τὰ πρὶν

ἐν στήθεσσι φανέντα φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ.

atque haec omnia optime decurrunt, verba atque colores antiqui, sententia plana et perspicua. auctorem primum qui secuti sunt interpolatores quid quisque addiderit mutaverit spectaverit vidimus, homines cognovimus sua quemque indole et industria insignem, 'Hecataeum' Abrahami studiosum et Sibyllinorum usu conspicuum. 'Aristobulos' Mosaicae legis sectatores. qui nexum carminis quomodo interpolationibus quae deinceps se exceperunt turbaverint, dein rursus restituere conati sint, verba et versus corruperint in omnibus tam manifestum fuit ut per singula iterum persequi taedeat. atque adeo paullatim moles succrevit ut diversissimis rebus contaminatis et particulis δὲ — οὐδὲ bene male usque iteratis lectorem enecet. quamquam singularum rerum sententiam et structuram accuratius rimanti fortasse etiam fontis ac temporum indicia indagare continget. velut v. 6 ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος explicantur imitatione Platonis cf. Tim. p. 44 A (αἰσθήσεις ξυνεπισπάσωνται) καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἅπαν κύτος. Sibyllinorum fragmenta 'Hecataeus' adhibuit ea quae omnium antiquissima esse vulgo perhibentur. idem v. 16^8 σέλατα novavit (secundum πνεύματα v. 16^7) et 21^9 θεοφήμην, eundem auctorem agnoscis in v. 15^1 μικραί versui explendo praefixo et v. 11^1 ἀθανάτοις, v. 16^8 ἐκφαίνει δὲ πυρὸς σέλατᾱ δ. π. admisit, v. 20 in Clemente et Aristobulo legitur ἐκτέτακεν. ὀρέων δὲ κτλ., v. 1^1 φεύγοντες δικαίων (θνητῶν male C. Schenkl) θεσμοὺς cfd. cum v. 7^1 παλαιὸς δὲ λόγος, v. 21^9 στέρνοισι δὲ ἔνθεο φ. hiatum intulit 'Aristobulus minor'; graviora fortasse ex Philone in comparationem vocari possunt, quem huiusmodi sapientiae qualem interpolatores secuntur vatem principem habemus postquam quae de 'Aristobulo' Philonis praedecessore et auctore vulgo creduntur vana et futtilia esse comparuit. item in Clementis strom. 1 c. 23 hic illic similia occurrere supra adnotavi. quae ne persequar unum addam. initio carminis poeta arcet profanos; ut fugiant 'δικαίων' θεσμοὺς θεῖόν τε νόημα postulat prior interpolator. haec 'Aristobulus minor' ita transformat ut profanos abire iubeat θείοιο τεθέντος πᾶσι νόμου. quae quamvis male coeant tamen sententia et propositum falsarii in propatulo est: 'legem' Mosaicam omnibus hominibus datam esse neque extra 'legem' salutem consistere (cf. v. $21^{4\text{-}6}$ s. p. 164 ex.) — tale quid vel apud Philonem frustra quaesiveris (cf. e. g. quae altero de vi. Mos. libro gloriabundus persequitur velut de die sabbati ab omnibus nationibus recepto vi. Mos. 2 p. 137), nequedum apologetae Christiani aut Clemens aliud quam 'barbaram' sapientiam cum Graecorum philosophia consen-

tire vel eius fontem esse docuerunt: illud qui apertis verbis profiteri et alieno carmini intrudere ausus est, homo Christianus fuit tertio mehercule p. Chr. n. sacculo non antiquior.

denique ne quid desit verbum addam de 'monarchiae' codice F olim Argentoratensi. qui v. 13 βασιλῆος certe sumpsit ex Clemente; quod vero v. 15^1 solus servavisse videbatur cum Clemente et theosopho nihili est. nam idem v. 5-7. 11-12 omisit: nimirum eos cum in Clemente str. 5 p. 723 et 725 separatim cum v. 16^8 sqq. et 21^1 sqq. tractari videret a 'monarchiae' carmine non minus alienos esse arbitratus est; v. 15^1 autem quoniam in Clemente p. 692 v. 14-15^1 cum v. 8-10 coniunctos repperit carmini adiungendum esse censuit. itaque codex collatione Clementis (strom.) interpolatus et a 'monarchia' procul habendus est (cf. i. ad cap. 4). *(continuabitur)*

---

ad p. 152—153

1. Iust. mon. . . .	3 ——————————— 21
cod. F	om. 5-7 om. 11-12 add. 15^1
2. Iust. coh. . . .	1 ——————————— 21
3. Cyrill.	1 ———— 10; καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν 17 ——— 21
4. Clem. protr. . .	1 ——7. 7^1 in.; 8 — 10 (εἶτα ὑποβὰς δ. ἐπιφέρει)
5. Clem. str. p. 692 .	8. 9 ex. 10; σαφ. δὲ ἐπιλέγει 14. 15. 15^1
6. str. p. 723 (Eus.) .	5-7. 7^1 in.; αὖθίς τε 16^{3-7}; εἶτα 17 ——— 20. $21^{1-3,6-7}$
7. str. p. 723/8 (Eus.)	11 — 12 ‖ 13 19. 20 in. 18 ex.
8. Aristobul. . . .	1 .... 14 17 ——— 20
c. add.	1^1 7^1 11^1 13^{1-3} 16^{1-8} 21^{1-9}
9. theos. Alex. . . .	1 21
c. add.	1^1 7^1 10^1 11^1 13^{1-3} 15^1 16^{1-8} 21^{1-9}
10. Theodoret. . . .	8—10 14. 15. 15^1; καὶ πάλιν 17 ——— 20. 21^{1-3}

Haec postquam ex more huius universitatis praefati sumus, veniendum est ad alteram eamque graviorem officii partem. Etenim vertente anno dies recurrit faustissimus et auspicatissimus atque universae patriae nostrae unice carus, regis nostri clementissimi, imperatoris Germanici augustissimi

GVILELMI II

natalis, quem cum Borussia et Germania haec litterarum universitas Fridericia Guilelmia Rhenana sollemniter concelebrabit. Atque gratulationis publicae communiumque votorum interpres erit vir amplissimus doctissimusque REINHOLDVS KOSER PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS, cuius ut orationi ceterisque sollemnibus prompto lubentique animo intersint, ipsius illustrisque senatus nomine curatorem universitatis egregium, professores amplissimos, doctores clarissimos, commilitones ornatissimos, magistratus regios imperatorio urbicos spectatissimos, et quicumque rebus nostris ac litterarum studiis bene volunt, qua par est observantia rogamus invitamus.